

**Cum est semen superfluum alimenti.** Est ergo superfluum individuo, sed non est superfluum speciei. Nam cum ex ultima digestione fiat illud, quod est, quasi omnino purum, & quasi omnia membra; quod istud esset omnino superfluum, & non ordinaretur in utilitatem aliquam, esset omnino inconveniens. Et ideo ingenivit natura, quod hoc ordinaretur in conseruationem speciei, & inde propagaretur fetus, qui esset eiusdem speciei cum parente. Quod totum est ex ordine diuino. Iuxta illud Philosophi: *Res. I Gen. 59.* liquo modo compleuit Deus continuam facies generationem, & quod non potest perpetuari in eodem numero, perpetuetur in eadem specie. Si ergo semen est superfluum alimenti, & non est iam conuersum in membra, & per consequens non est iam conuersum in totum, quod componitur ex membris, traductio seminis, per quod traducuntur animae, quae generantur ex traduce, non erit sicut separatio partis a toto, sed sicut separatio eius, quod est coniunctum secundum locum ab illo loco. quia si esset separatio partis a toto, non emitteretur cum delectatione, sed cum dolore.

**Seminis decisio ab alii cur ad generatione necessaria.** Sed si queratur, quare sit necessaria ista separatio. Dicemus, quod ea quae sunt ex semine, sicut determinant sibi proprium actuum, ut semen maris, & proprium passuum, ut menstruum femellae, ita determinant sibi proprium locum, ut matricem femellae. Videtur enim esse econtrario in generatione elementorum, & in generatione animalium, quae generantur ex semine. Nam in generatione elementorum, vel non requiritur ibi proprius locus, vel si hoc ibi requiritur, magis erit hoc, ubi habet esse generans actum, quam passum, ubi generatur ignis purus, hoc erit magis sphaera ignis, ubi est ignis generans, & agens, quam aliquis alias locis. Vbi ergo passum accedit ad actum, ut ille aer, qui multum approximat igni, conuertitur in ignem. Et si vapores eleuati a terra igniuntur, & conuertuntur in ignem, & videntur esse quedam stellae cadentes; hoc est, quia multum approximant igni, vel aeri multum calefacto ab igne, sed in generatione animalium generatorum ex semine est econuerso. Quia semen generatum in vase maris, vel in lumbis patris accedit ad matrem per coitum, in qua habet esse menstruum, unde materialiter, & passum fit fetus.

Viso quomodo esse aliquid ex traduce importat divisionem, videndum est quomodo importat originem. Quae origo est dupliciter attendenda. Videlicet quomodo oritur semen, cum quo traducitur virtualiter, & causaliter, quod generatur ex traduce. Et quomodo oritur inde anima, quae dicitur ex traduce generari. Propter primum sciendum, quod, ut habitum est, semen est superfluum alimenti proximum omnibus membris, nulli tamen membro iam transubstantiatum, vel coniunctum. Est enim semen superfluum alimenti ultime digestio, quod ita est proximum membris omnibus, quod

*Extradu-*  
*lio quo o-*  
*riginem im-*  
*petret.*

*Animaliū*  
*generatio-*  
*ne semine*  
*quo sit.*

A quasi est omnia membra fieri. Sicut ergo illud, quod ita est proximum igni, quod est quasi igne fieri: ut si aer est tantum calefactus, quod esset ita ignem fieri, quod statim approximatus igni fieret ignis; ille aer, qui esset sic ignem fieri, esset quasi ignem facere. Nam & res, quae esset multum cibus ignis, appropinquata tali aeri, conuerteretur in ignem. Videmus enim ex radijs solaribus transuentibus per ampullam plenam aqua in loco illo, ubi congregantur, ita calefaciunt aerem, quod si ponatur ibi esca acceditur inde ignis. Quia ille aer sic calefactus, ita est proximus igni, & ita est ignem fieri, quod potest facere ignem. Multò ergo fortius superfluum alimenti ultime digestio, quod est ita proximum omnibus membris, quod est omnia membra fieri, quia ad quocunque membrum

B transmutatur, statim conuertitur in ipsum. Habet se ergo tale alimentum ad omnia membra fieri, sicut se habet aer multum calefactus ad fieri ignem. Si ergo aer multum calefactus, quod est sic fieri ignem, quod statim approximatus igni fit ignis, potest ignem facere, ut patuit per exemplum iam positum; multò magis alimentum ultime digestio, quod est ita proximum omnia membra fieri, quod statim cum appropinquat cuicunque membro, fit illud, & conuertitur in illud, potest hoc facere. manifestè ergo concluditur, quod tale impedimentum quod est sic omnia membra fieri, potest esse omnia membra facere, ut in nostro tractatu de formatione corporis humani diximus. Quia ergo semen est de illo alimento, quod est ultime digestio, quod est sic omnia membra fieri, quia est superfluum illius digestio, de necessitate, nisi impediatur, & concurrente ibi alia concurrenda, erit omnia membra facere. Nam licet illud alimentum, ex quo fit semen, sit superfluum individuo, non est tamen superfluum speciei. Si ergo separatum ab individuo, ubi poterat esse omnia membra fieri, si non esset sic separatum omnia membra facere, esset etiam superfluum speciei. Ordinavit ergo natura, quod alimentum ultime digestio, ut est superfluum individuo, & non conuertitur in membra, non esset superfluum speciei: Factum ergo inde semen esset omnia membra facere. Sicut ergo illud, quod est multum proximum igni: quod est quasi ignem fieri, si appropinet ei, quod est esca ignis, & quasi cibus eius, poterit esse ignem facere; sic illud superfluum alimenti, quod est sic omnia membra fieri, si fiat inde semen, & proiecatur in matre, ubi fluit, & concurrit menstruum, quod est quasi esca, & cibus omnium membrorum, poterit ex illo menstruo omnia membra facere, & sic formare, & organizare fetus, ut ibi educatur anima de potentia materiarum, si sit anima, quae habeat fieri ex traduce, vel quod ibi introducatur anima per creationem, si sit anima, quae non habeat educi de potentia materiarum, nec habeat extraduci, sed habeat

*Exemplum*  
*deinde ac-*  
*cendendo ex*  
*radijs solari*  
*bus transen-*  
*tibus p am-*  
*pullam ple-*  
*nā aqua.*

*Liber & for-*  
*matione cor-*  
*poris hu-*  
*mani.*

habeat esse ab extra de potentia Creatoris.

Aduertedū tñ nos dixisse, q̄ si id, qđ est sic ignē fieri, q̄ statim approximatū igni sit ignis, pōt̄ esse ignē facere ex eo, q̄ est multū esca, & cibus ignis: sic, & multomagis alimentū ultimae digestionis, quia est sic proximū omnibus membris, q̄ est omnia membra fieri. quia coniunctum cuilibet mēbro fit illud, vel conuertitur in illud, si superfluū talis alimenti fiat semen, erit omnia mēbra facere. qđ igitur sit hoc, multomagis pōt̄ sic declarari. Nam illud sic proximū igni, quod est sic fieri ignem: videmus ipsum esse ignem facere, vt ferrum multum calidum, anteq̄ sit rubeū cōbureret escam, vel pannum, vel aliquid de leui ignibile absque eo, q̄ addatur ei alia uirtus. sed illud superfluum alimenti non sit semen, nisi ei tribuantur aliqua alia uirtus, per quam est omnia mēbra facere. In productione ergo ipsius fœtus alimentum, quod est omnia membra fieri, factum semē, & collata sibi virtute, quæ consertur semini, erit magis omnia membra facere, q̄ quocunq; quantumcunque sit ignem fieri: & quantumcunque sit proximum igni, sit ignem facere. Et si dicatur, q̄ id, quod ei sic ignē fieri: non est ignem facere, nisi de eo, qđ est ualde esca, & cibus ignis. Respondebimus, quod alimentum ultimae digestionis, quod est omnia membra fieri: factum semen est omnia membra facere, non nisi de menstruo fēmellæ, quod est valde esca, & cibus omnium membrorum. Nam sic est menstruum cibus omnium membrorum, q̄ ex eo fit fœtus, & nutritur, dū est in utero, & transmissum ad mammillas dealbatur, & fit lac, & inde nutritur fœtus cum omnibus membris, vt est extra uterum.

Seminis vir  
tus vnde.

a. de anima  
t. c. 20.

Adhuc autem declarare restat: unde habet semen illam uirtutem superadditam. Ad quod dicunt aliqui, quod ex sola separatione hoc habet: ponentes exemplum de animalibus anulosis, vel ponentes exemplum de animalibus, quorum partes amputatae uiuunt, vt patet in anguilla, qua diuisa in plures partes, quælibet pars uiuit: ubi secundum Philosophum est una anima in actu, & plures in potentia, per solam enim diuisionē vna anima actu fit plures animæ in actu. Sic semē ex sola diuisione, & separatione, ut dicunt: ab eo, cuius est semen, accipit uirtutē, & potentiam in his, quæ generantur ex traduce. Ut una anima in actu fit plures animæ in actu, vel ab una anima in actu, vt ab anima, quæ est in patre, fiat uirtute seminis alia anima in actu: ut illa, q̄ est in fœtu, sed hoc stare non potest. Nā in animalibus, quorū partes uiuunt post separationem, una aīa in actu fit plures animæ in actu ex sola separatione. Nam cum anima extendatur in illis animalibus extensio corporis, & in rebus extensis: ex una re in actu fiunt plures in actu, ut ex una linea in actu ex sola diuisione fiunt plures lineæ in actu. Hoc ad ipsum semen adaptare non poterimus, vt ex sola separatione hoc habeat, sed oportet ei cōfieri uirtutem aliquam, per quam sit omnia mēbra facere. Nam id, quod est omnia membra sie-

A ri, non est simpliciter omnia membra facere, nī addatur sibi aliquod complementum. Id enim, quod est ignē fieri: potest esse multū proximum igni, & pōt̄ esse multum proximū ei, qđ est ignē facere: & de eo, quod est ualde cibus ignis, posset ignē facere de oī eo, quod saceret ipse ignis. sed si adderetur ei aliquod cōplementū, posset esse simpliciter ignē facere. Sic alimētū ultimæ digestiōis, quod est oīa mēbra fieri, accipit aliquid complementum, & aliquā uirtutē, per quam est oīa mēbra facere: quā uirtutē non habet ex sola separatione, sed habet à testibus, ubi est spiritus generatiuus. Transit. n. semen per viam iuxta testes, a quibus accipit uirtutem generatiuam, per quam tribuitur ei quoddam complementum uirtutis, quod erat omnia membra fieri, ut alimentum ultimæ digestionis, & ex hoc erat proximum ad omnia membra facere, accipiens illud cōplementū ex uirtute deriuata a testibus: vt sit uirtualiter omnia membra facere, & ex hoc habeat uirtutē, & potentiam ex mēstro, quod est cibus, & esca omnium membrorum, formare, & organizare omnia membra. Nec uidemus causam quare carentes testibus, non possunt emittere semen, nisi quia ex pondere testium aperitur uia, per quam egreditur semen. Nam & habentes testes possunt claudere quandam uenam, qua bene clausa, & consticta, impedietur egressio feminis. dato tñ, quod carentes testibus semen emitterent, esset illud semen uenti, quia nunquā posset inde produci fœtus. Sicut Gallina facit oua sine Gallo, sed illa oua sunt oua uenti, quia nunquā possunt inde procreari pullos. licet enim aliqui homines plus apponant in nutrimento, & minus in semine, aliqui econuerso. Quod intelligendum est comparatiuē, quia unus plus apponit in semine de illo alimento ultimæ digestionis, quām aliis: & aliis plus in nutrimento, quām aliis: quilibet tamen apponit aliquid in utroq;. Cum ergo ista respiciat ipsum alimentum, non uidemus rationem, neque causam, quare castrati, cum nutritur, sicut & alijs: de ista ultima digestione non apponant in semine sicut alijs. Semen tamen illud, dato, quod posset exire: esset in fructuoso, cum cōplementū uirtutis habeat semē à testibus. sicut ergo Gallina, quia alitur, & nutritur: facit oua sine Gallo: sed illa oua sunt in fructuosa, quia a Gallo habent oua Gallinæ cōplementū producendi pullos: sic & castrati, qui aluntur, & nutritur, semen habent: sed illud exire non potest, quia carent ponderositate testū apertientium meatum, unde exire semen.

Eunuchi te  
stibus caro-  
tes possunt  
emittere la-  
men venti.

Oua ueni-  
t sine Gallo  
non facili-  
pulos ex  
Aristo. 3. de  
Gen. anim.  
c. 1. Et 6. de  
hiuit. c. 2. Et  
1. de Gen. c.  
2. idē supra  
d. 13. q. 2.  
ar. 2.

C nes plus apponant in nutrimento, & minus in semine, aliqui econuerso. Quod intelligendum est comparatiuē, quia unus plus apponit in semine de illo alimento ultimæ digestionis, quām aliis: & aliis plus in nutrimento, quām aliis: quilibet tamen apponit aliquid in utroq;. Cum ergo ista respiciat ipsum alimentum, non uidemus rationem, neque causam, quare castrati, cum nutritur, sicut & alijs: de ista ultima digestione non apponant in semine sicut alijs. Semen tamen illud, dato, quod posset exire: esset in fructuoso, cum cōplementū uirtutis habeat semē à testibus. sicut ergo Gallina, quia alitur, & nutritur: facit oua sine Gallo: sed illa oua sunt in fructuosa, quia a Gallo habent oua Gallinæ cōplementū producendi pullos: sic & castrati, qui aluntur, & nutritur, semen habent: sed illud exire non potest, quia carent ponderositate testū apertientium meatum, unde exire semen.

#### D V B. I. L A T E R A L I S.

An, vt ab arte, effectus seminis à corporibus cœlibibus: fœtus verò à semine fiant. Conclusio est affirmativa.

**N** LATERIS fortè dubitaret aliquis, cum habitum sit de semine, quomodo sit, quia sit ex superfluo uirtutimæ digestionis, accipiēte uirtutē cō

Aegid. super ij. Sent. L ple-

Seminis ad  
extrem com  
paratio.

pletivam à testibus : quomodo fieri habeat effe-  
ctus seminis , & quomodo ex semine fiat fœtus .  
Sciendum ergo nos primo velle loqui de semine  
aliorum animalium ab homine , & postea de se-  
mine hominis . Commen , autem in 7. Meta . lo-  
quens generaliter de seminibus animalium agen-  
tibus per virtutem informatiūam : assimilat hu-  
iusmodi virtutes , vel huiusmodi semina habentia  
huiusmodi virtutes arti producenti artificiata:  
quod quadrupliciter possumus declarare . Primo  
prout virtus informatiūa , vel semen habens virtu-  
tem talem comparatur ad suum effectum . Secun-  
do , vt comparatur ad suum subiectūm . Tertio , vt  
comparatur ad animam patris , per quam educi-  
tur , & ad animam fœtus , quā inducit . Quarto vt  
comparatur ad suum organūm .

Semen arti,  
& mēstrū  
materiæ cō  
paratur.

Propter primū scīdū , q̄ artificiatū hēt dupli-  
cer esse . Vno mō in arte , tanq̄ in cā agēte , & in po-  
tētia actiua . Alio aut̄ modo ī materia vñ sit , tanq̄  
in potentia passiua : vt domus , quæ est quoddā ar-  
tificiatū , habet esse in arte ædificatoris , tanq̄ in  
virtute actiua : & habet esse in lapidibus , cemen-  
to , & lignis : tanquam in materia , vnde sit , & tanq̄  
in potentia passiua : & quia ita se habet semen ad  
suum effectum , siue ad fœtū , sicut ars ad artifica-  
tūm ; iō uirtus illa informatiūa , siue semen habēs  
illā uirtutem , rectē assimilatur arti . Dicemus . n. q̄  
illud , unde fit semen , non est aliquid membrum  
determinatum , sed est in potentia omnia mem-  
bra fieri . Nam alimentū vltimae digestionis , vt  
patet ex habitis , est illud , quod transmittitur ad  
omnia membra , & statim applicatum cuilibet mē-  
bro , sit illud , vel conuertitur in illud . Illud ergo ,  
quod est superfluum in tali alimento stans in hac  
sua generalitate , non accipiens determinationem  
per applicationem ad aliquid membrum , sed vt  
generaliter est omnia membra fieri , sit semen acci-  
piens complemētūm virtutis informatiūe , vel ge-  
neratiūe à testibus . Dicebat enim supra , quod il-  
lud , quod est hic fieri , vt illud , quod est sic ignem  
fieri , quod statim appropinquatum fit ignis , est  
multum propinquum ad ignem facere : sic quia  
in vltima digestione alimentū est quasi omni-  
no depuratum , & est omnia membra fieri , ideo  
est ualde propinquum ad omnia membra facere .  
Illud ergo , quod in hoc deficit sibi , tanquam cō-  
plementum uirtutis , recipit à testibus . Habebit se  
ergo semen , vel uirtus , quæ est in semine ad pro-  
ductionem fœtus , & omnium membrorum eius ,  
sicut ars ædificatiua ad domus productionē : men-  
struum autem mulieris , de quo fiunt omnia mē-  
bra fœtus , & omnes partes eius , se habebit , vt ma-  
teria , & potentia passiua , vel ut lapides , cementū ,  
& ligna respectu domus . sed hoc modo se habet  
menstruum , de quo fiunt omnia membra . semē  
autem , & uirtus eius se habet , ut uirtus actiua , &  
vt ars , quæ de menstruo , tanquam de materia , fa-  
cit fœtum , & omnia membra eius . Est enim semē  
omnia membra facere , & menstruum omnia mē-  
bra fieri , vt hoc modo semen ex menstruo faciat  
fœtum organizatum cum omnibus mēbris eius .

Secūdo pōt hoc idē ostendi , q̄ semen , siue uir-

tus eius se hēat , vt ats : & scetus , vt artificiatū : si cō-  
sideretur subiectū illius virtutis . Nam sp media aſ  
similantur extremis , cum sapient naturā extremo  
rū : aliter , n. non effent rectē media . Et ut aīa intel-  
lectua , cū sit media inter formas sensibiles , & sub-  
stantias separatas : vel cum sit media inter animas  
aliorum animalium , & intelligentias ; participat cū  
vtrisq ; , & assimilatur vtrisq ; , quia habet aliquas  
virtutes non organicas , vt intellectum , & uolunta-  
tem , in quibus participat cum intelligentiis , &  
habet aliquas uirtutes organicas , vt sensus inte-  
riores , & exteriores , in quibus participat cum  
animabus aliorum animalium , & assimilatur  
eis ; sic & uirtus informatiūa , quæ est in semine ,  
est media inter uirtutem non organicam , vt inter  
intellectum , in quo sunt artes ; & sensus tam intē-  
riores , quām exteriores , qui habent determinata  
organā . Vnde & Commen . in 7. allegans Aristō .  
in de animalibus loquens de uirtutibus informa-  
tiūis , quæ sunt in seminibus aīt , quod sunt simi-  
les intellectui , quia agunt actione intellectus . Et  
subdit , quod ipsæ uirtutes , supple , quæ sunt in  
seminibus assimilantur intellectui in hoc , quod  
agunt , non per instrumentū corporale . Addit ēt  
dit , quod uirtutes istæ generatiūe , quas uocant  
Medici informatiūas , in hoc differunt a virtuti-  
bus naturalibus , quæ sunt in corporibus anima-  
lium , quia uirtutes animalium agunt per instru-  
menta operatiua terminata . i. determinata , & per  
membra propria . Virtus enim visiua , quæ est vir-  
tus naturalis in animalibus , agit per instrumentū  
determinatum , & per membrum propriū , vt  
per oculū , & uirtus auditua per aurē , & sic de  
aliis . sed uirtus generatiua in semine est medium  
inter intellectum , & sensum . Nam non potest di-  
ci de tali uirtute , quod non operetur mediante  
aliquo corpore , quia ipsum semen corpus est , sed  
non operatur mediante aliquo determinato mē-  
bro , quia , ut diximus semen , quod est potentia  
omnia membra , & in hoc , quod non determinat  
sibi determinatum membrum ad agendum , assi-  
milatur potentia intellectu (in qua sunt artes )  
quæ est omnino non organicā , non fundata in  
aliquo organo . Deficit tamen ab illa , quia aliquo  
modo uititur corpore : licet non uitetur aliquo de-  
terminato membro , sed ex hoc habeat superemi-  
nentiam , & efficaciam super omnia membra . &  
in hoc extollitur supra uirtutem sensitūam de-

D terminantē sibi determinatū membrū , merito er-  
go ista uirtus generatiua , p̄t est mediū inter in-  
tellectū , in quo sunt artes , & sensum : p̄t est in  
agendo assimilari arti , vel intellectui . assimilab-  
mus . n. eam supra , motoribus orbium , quia age-  
bat in uirtute illorum motorum , sed utroq ; mo-  
do potest sumi assimilatio : uel quia agit in uirtu-  
te intelligentiarum mouentium orbes , uel quia  
modo , quo dictum est , mediū est inter intellectū ,  
& alias uirtutes organicas . Tertio potest hoc idē  
declarari prout comparatur ad animam , per cu-  
ius uirtutem fit semen , & ad animam fœtus , quæ  
inducitur per semen . Nam Philosophus in de aīa  
comparat aīas animalium ip̄is artibus deridens  
fabulas .

Animarum  
Pythagori-  
ca trānsi-  
gratio deri-  
dēta ex A-  
riſt. de an.  
t. c. 53.

*An semen dispositiuè se habeat ad animam intellectuam. Conclusio est affirmativa.*

Seminius or  
ganū quod  
spiritus in  
semine q.d.  
Calor ani-  
malis tri-  
plex.

fabulas Pythagoricorum, dicentium, quamlibet animam ingredi quodlibet corpus, quod id est dicere secundum Philosophum ac si vna ars intrer fistulas, vel organa alterius: utputa si ars musicalis, cuius organa sunt fistulae, & instrumenta melodiarum, subintrarent organa artis carpentariae, vt ferram, vel securum, & operaretur per illa. sicut n. quaelibet ars habet sua distincta organa, vt ideo talia sunt organa, quia talia requirunt opera illius artis: sic talia sunt membra cuiuslibet animalis, quia talia requirunt opera illius animæ, & quia sic animæ assimilantur arribus; semen, vel virtus, quæ est in semine, quæ est media inter animam, & animam, vt inter animam patris, & fetus: poterit arti assimilari. Quarto hoc idem potest ostendi, si consideremus organum ipsius virtutis: cuiusmodi est multus spiritus existens in semine. Mediane enim illo multo spiritu operatur semen. & ideo semen est spumosum, & ex spumositate album, vt possit multum spiritum continere. Appellamus enim spiritum, corpus quoddam subtile: quasi sumositates quedam, per quas fiunt operationes in corporibus animalium. Semen autem, vt possit habere operationem suam circa fetus: habet multum de huiusmodi spiritu, cui spiritui, vt cōmuniter dicitur, & vt h̄ a Philosopho in de animalibus annectitur triplex calor elementalis: cuiusmodi est calor ignis, per quem consumuntur, & resoluuntur superflua: & calor animalis, quem habet semen ex anima maris, quia anima est primus operans, & primus dirigens: propter quod ex quacunq; digestione sumeretur semen: hoc fieret per animam, quem est primus dirigens: propter quod sequitur, quod aliquem calorem habeat ab anima maris, à qua traducitur semen. quia sicut mēstrum se tenet ex parte corporis femelle: sic semen se tenet ex parte animæ maris. quia fetus corpus habet à matre, animam a p̄f. m. Philosophū, operet ergo, quod habebat semen aliquem calorem ab anima patris, in cuius virtute agens organizat fetus, & efficit ipsum similem patri. Naturale enim est, quod magnitudo, vel paruitas corporis sit in fetus à matre. Lineatione autem, & similitudine mēbrorum, & et ipsæ mores, quia uidentur hos sequi animam, habet fetus à Patre. Et si accidat aliquando contrariū: hoc erit ex impedimento, vel ex aliqua spe, ciali cā. tamen si consideretur corpus mulieris, & mēbra, & mores eius, apparent vera esse. quem diximus: habet et ille spiritus, quod est organū virtutis generatiue, tertium calorem, qui dicitur cœlestis, de quo supra sufficiēter est dictum. Cum ergo virtus generatiua, siue virtus, quem est in semine: ut a spiritu, tanquam organo: ubi calor, qui est in illo spiritu, vt vult Commen. in 7. non est forma seminis, & quia hoc modo agit ars per instrumēta, non habentia formam artis, vt ferram, & securis, quem sunt instrumenta carpentariæ facientes arcæ non habentes in se formam arcæ. Calor ergo, qui formaliter est in illo spiritu, quia non habet formam seminis: actio seminis sic agentis potest assimilari actioni artis.

Animæ hu-  
mana non  
datur à Pa-  
tre nisi dis-  
positiuè: &  
corpus aut  
à Matre, sic  
ex doctrina  
nisi Do-  
ctoris intel-  
ligitur di-  
ctum Aris-  
ti. 2. de Ge-  
animal. c. 4.  
vñfra ar. 4.  
patebit idē  
supra d. 16.  
q. 1. ar. 1.

**V**ITERIVS forte dubitaret aliquis. Nā cū iam dicta possint aliquo modo adaptari ad animas quorūcunq; animabū: quō se habet specialiter semen ad animā intellectuā. Sciendū ergo, quod aliqui Philosophorū, non faciendo dīram de una forma substantiali ad aliā: dixerunt oīs formas substantialiales esse ab aliquo principio separato. volūt enim, quod illud principium separatum creet formam, & ponat eam in materia: vocantes illud principium separatum, datorem formarum, & huiusmodi opinionis, vt Commen. recitat in 12. est Auicenna. Sic etiam hanc opinionem possemus attribuere Platoni aliter tamen, & aliter, quia Auicenna posuit tale principium esse intelligētiā aliquā. Plato uero tale principiū dixit esse ideas. sunt tñ alij, quod nō uniuersaliter oīs formas substantialiales dicūt esse a principio separato, sed solū illas, quem non fiunt à sibi simili, & huiusmodi opinioñis p̄f. Cōmen. est Themistius, & forte, vt ait, Alpharabius. sed quod omnes formæ aliquæ ab anima rationali, quae sunt perfectiones materiæ, possint educi de potentia eius: satis est ex superioribus manifestum. Sola autem anima intellectuā est à principio exteriōri, siue à principio separato, vt pluries replicatū est per Philosophū in 15. de animalibus. Circa ergo animā intellectuā debemus intendere, & videare quomodo ipsa sola sit à principio separato, quod est Deus. Quidam autem ex generatione cōpositi hoc declarant dicentes, quod in omnī alia productione non sit, nisi cōpositum: nam non sit materia neque forma, sed sit cōpositū ex vtrisq;: sed in productione animæ uolunt quod fiat ipsa anima. Cum ergo secundum istos in omnībus aliis productionibus, vel generationibus dicat fieri ipsum cōpositū, in sola autē productione animæ potest dici fieri ipsa anima. Ideo oīs aliquæ formæ possunt dici educi de potentia materiæ, sola autē anima intellectuā dicetur produci à principio separato, sed istud plenē state non potest, quia in generatione hominis cōpositum est id, quod fit, & generatur, quod patet ex ipso esse. Nā generatio est via 1. 4. Gen. t. c. 18.

**D** in esse: cum ergo illud esse, quod acquirit homo per generationē, non sit solius anima, sed sit anima, & corporis: cum anima, & corpus dicat ipsum cōpositum, illud esse erit ipsius cōpositi: & id, quod generatur, erit ipsum cōpositū. pp. quod bene dictū est, quod homo generat hominem, ipse ergo homo, & ipsum cōpositū est id, quod generatur. si forma fieret p se, & materia per se, quodlibet h̄eret suū esse, & nō esset ibi p se gñatio cōpositi, sed essent ibi duas gñationes. sed si forma nō fit p se, sed fit in materia, & est vñū esse in factione illa formæ, & materiæ: siue forma educat de potentia maris, siue à principio extrinseco creetur in materia, ex quo est vñum esse vtrisq; & illud esse, quod proprie est cōpositi in ta-

Aegid. super ij. Sent. L 2 li

Anima rationis differentia ad alias formas.

z. de anima t.c. 64.

Alpharabi-  
tus de ortu  
scientiarum

li factione: magis propriè dī, quod fiat compositum, q̄ fiat materia, vel forma. & quia hoc verificatur ēt in generatione hominis: iō ad declarandum quod queritur, oportet aliā viam sumere. Dicemus ergo, q̄ non ex ipso esse, nec ex ipso agere, quod habet anima, dum est in corpore (cum tale esse, & tale agere magis sit cōpositi, q̄ animē) est sumenda differentia animæ ad alias substantiales formas; ex mō tamen agendi, & essendi poterit talis differentia sumi. vel si uolumus hoc sumere ex ipso esse, vel ex ipsa actione; hoc non erit respectu compositi, quia quandiu anima est perfectio corporis esse, & agere; magis attribuitur ipsi homini, vel ipsi cōposito, q̄ animæ. iuxta illud Philosophi: Anima nō intelligit, sed homo p animā. Semper. n. hæc omnia principaliter accipienda sunt ex materialitate, & immaterialitate rerū, vt differentia omnium formarum substantialium, & omnium compositorum accipienda sit ex materia. Erit ergo prima diuisio in substantialiam, & accidentēs, & in Creatorē vtriusq;. iuxta illud Alpharabij in de ortu scientiarū: Scias nihil esse, nisi Substantiam, & Accidēs, & Creatorem substantię, & accidentis benedicūm in secula. Ipsa aut̄ substantia prima facie diuiditur, vt patet per Philosophian pluribus locis, in materiam, formam, & compositum. Ipsa enim materia est de se pura potentia, & per comparationem ad eam poterit accipi differentia tam formatum ad composita, q̄ formarum inter se, & compositorum inter se. Primo ergo ratione materiae distinguuntur omnes formæ à composito, vt nulla sit forma composita ex materia: & omne compositum in genere substantialiæ habens duas substantialias partem sui sit cōpositum ex materia, & formæ. Ipsa autem materialitas potest duplīciter competere composito, vi sit aliquod compositum materialē, quia in eius materia est priuatio admixta, & hoc modo sunt composita omnia corruptibilia, vel omnia, quæ sunt in sphera actiōrum, & passiōrum; vel dicatur aliquod materiale esse compositum ex materia, & forma, ita tamen, q̄ in eius materia non est priuatio admixta saltem quantum ad esse substantialiæ, & hoc modo sunt materialia omnia sup cœlestia. & sicut duplīcem modū materialitatis assignauimus substantialiis cōpositiis ex materia, & forma; sic duplīcem modū materialitatis possimus assignare ipsis formis, licet modus materialitatis compositorum sit alius à modo materialitatis formarum. quia modus materialitatis compositorum est, q̄ omne tale sit compositum ex materia: sed modus materialitatis formarum est, q̄ nulla forma sit composita ex materia, sed præter formam esse compositam ex materia, q̄ nulli formæ talis materialitas, vel talis compositione potest competere: est dare duplīcem modū materialitatis, qui potest competere formis: vt dicatur forma esse materialis, quia est perfectio materiae: & etiam, quia est educta de potentia materiae, vt ex hoc sint tria genera formarū: quia quedam formæ dicuntur materiales, quia sunt perfectio materiae, & eductæ de potentia materiae: quæ-

A. dam verò dicuntur materiales, non quia sunt eductæ de potentia materiae, sed quia sunt perfectio materiae. Est aut̄ & tertius gradus formarum, quæ dicuntur omnino immateriales, quia nec sunt eductæ de potentia materiae, nec sunt perfectio materiae. In hoc aut̄ tertio gradu sunt oēs Angeli, vel sunt oēs intelligentiæ. In secundo gradu sunt oēs animæ humanae, vel oēs animæ intellectiue. In primo vero gradu sunt oēs alias substantiales formæ generabilium, & corruptibilium ex materialitate, ergo & in materialitate potest sumi distinctio omnium substancialium creatarū, quæcunq; sunt illæ. Ex eo ergo, q̄ anima humana, q̄ est forma rei corruptibilis, quia est forma hominis mortalis (nam non est sic materialis, sicut sunt quedam formæ generabilium) pōt sumi differentia ipsius ad omnes alias formas, vt differant ab omnibus formis generabilium, quia ille sunt magis materiales, q̄ alia, nam anima non est materialis, nisi quia est perfectio materiae. Aliæ autem formæ sunt magis materiales, quia sunt perfectiones materiae, & eductæ de potentia materiae. Ex hac aut̄ dīria, cū quatuor videamus esse in anima: essentiā, & esse: potentia, & agere. Nā esse egreditur ab essentiā, & est actus essentiæ; sicut agere egreditur à potentia, & est actus potentia. Differt anima secundum ista qualia ab aliis formis. Nam secundum omnia hæc quatuor ex sola hac differentia, vel ex sola hac immaterialitate, vt quia anima non est educta de potentia materiae, omnes autem alias formæ corruptibilium sunt materiales, & eductæ de potentia materiae. Differt anima humana ab omnibus animabus aliorū animalium, & ab omnibus animabus, quorumcunq; animatorum, & ab omnibus formis substancialibus quorumcunque corruptibilium: vt quia anima humana non est educta de potentia materiae: habet essentiā nō sic dependentem a materia, sicut habent aliae animæ, & aliae substantiales formæ: sic ex hoc eodem, quia non est educta de potentia materiae, vel de potentia corporis: habet esse, quod non corruptitur, corrupto suo corpore: sicut esse aliarū animalium, & aliarum formarum substancialium.

B. Tertio ex hoc mitum, q̄ non est sic educta de potentia materiae, vel de potentia corporis habet aliquas potentias, quæ non sunt perfectio materiae, nec perfectio corporis, & dicuntur illæ potentiae non organicæ, quia fundantur immediatè in ipsa essentiā animæ: non autem in ipsis organis, vel in ipso corpore. Propter quod de intellectu, qui est sic potentia animæ, dicitur à Philosopho, quod non est corpus, nec virtus in corpore. Et quod dictum est de intellectu: veritatem habet etiam devolutate.

C. Quarto differt anima humana ab aliis animabus, quantum ad agere. Nam quia non est educta de potentia materiae per potentiam, vel potentias non organicas, quæ nec sunt corpus, nec uitutes in corpore: habet actiones, quæ directe, & omnino non indigent corpore, vel possunt fieri sine corpore. Quia si queratur, quomodo ista se habeat ad inuicem; Dicemus, q̄

ordo est omnino contrarius quantū ad esse rerū, & quantum ad cognitionem nostram. Nam si cōsideremus ordinē istarū rerū, prius est vel intellegitur esse ipsa essentia animæ nō educita de potentia materiæ, vel de potentia corporis, & postea intelligitur habere tale esse, quod non corrūpatur corrupto corpore. Tertio quia habet talem essentiam, & tale esse, quod nō omnino dependet a corpore habet talem potentiam, quæ nō est perfectio corporis. Et quarto, quia habet huiusmodi potentiam, quæ nō est perfectio corporis: habet actionē, cuiusmodi est intelligere, quod dicitur, & omnino nō indiget corpore: cū intelligendo abstrahamus ab hic, & nūc, quæ sunt conditio[n]es materiæ, vel corporis. Sic ergo se hēt ordo rerū, sed ordo cognitionis nostræ est omnino contrarius. Nā primo experimut nos hēre actionē, quæ est intelligere, secundum quam abstrahimus a cōditionibus materiæ, & corporis. Postea ex ipsa actione, quæ est intelligere, quia dicitur omnino nō indiget corpore, intelligimus potentiam, a qua egreditur tale agere, quod nō est perfectio corporis: & his intellectis intelligimus essentiam animæ, & eius esse, non esse educitam de potentia materiæ, vel de potentia corporis. Quantum ergo ad questionē principale, cum queritur vtrum anima in intellectu sit ex traduce, vt vtrū traducatur cū semine, vel cū virtute informativa, quæ traducitur cum semine: patet & ex eius essentia, & ex eius esse, & ex eius agere, quod ex traduce esse non potest. Patet et differentia animæ intellectuæ ad omnes alias substantias, siue sunt formæ, siue compositæ ex materia, & forma. Nām differt ab omnibus formis, quia quedam sunt magis materiales, quia sunt educitæ de materia: quæcā nullo modo materiales, qā nec educitæ de materia: nec perfectio materia, vt ab omnibus differat anima humana, vt est per habita declaratum.

*Animā humānā traduci nō posse, cū semine.*

## RESP. A D A R G. A R T. III.

AD PRIMVM dicendū, qā non oportet, qā aīa educat de potentia materiæ ad hoc, qā hō generet hominem. Nā siue forma sit educita de potentia materiæ, siue sit à Deo per creationē: tñ ex quo est perfectio materiæ, illud esse, quod habet illa forma: cōicat suæ materiæ, vel suo corpori, & illud esse est totius cōpositi ex anima, & corpore, vt ex hoc totū cōpositum dicatur generari. Propter quod sic agere est totius cōpositi, quia forma nō agit, sed est rō agēdi, & cōpositum agit p formā, vt homo intelligit, per animā: sicut ergo agere est ipsius cōpositi, sic & esse, & quia cuius est esse, est generari, cum generatio sit via in esse cōpositū, & ipse homo generatur, vt homo generat hominem. Quod si dicatur, qā generans in hominibus nō educit animam de potentia materiæ; Dicemus qā disponit materiam dispositione, quæ est necessitas, & generatio hominis est naturalis non miraculosa: immo est mirum si corpori sic disposito Deus nō infunderet aīam. Ad formā aut arguē di cū dī, qā vñūquodq; perfectū est &c. Dicemus,

*t. de anima.  
t.c.64.*

*Generatio  
via in esse.*

*Hōs gene-  
ratio nō mi-  
raculosa*

A qā homo gñat hominē, & generatio est ipsius cōpositi, & sicut in aliis non producitur ipsa essentia materia, sed supponitur ab agētibus: hoc tamen non obstante dicimus, qā non sit, nisi compōsitū, quia esse, qd acquirit per generationē, est ipsius cōpositi. Sic multomagis qātūcūq; essentia ēt anima nō educat de potentia materiæ, tñ plus habet agēs, qā generans respectu essentiæ aīæ quantū ad aliqd, qā hēat respectu essentiæ materiæ, quia essentia materiæ p̄supponit agēs, & generās: sed nō p̄supponit essentiā aīæ: immo int̄m disponit corpus ad illā, qā si nō infunderetur corpori, esset miraculum. Cū ergo hoc sit in generatione hominis, sicut in aliis factionibus, vel generationibus, qā esse ipsius cōpositi, vel ipsius hoīs, sicut in generatione leonis esse est ipsius cōpositi, vel ipsius leonis. Si leo ex hoc dicitur esse quid perfectū, quia generat leonem: & homo debet dici quid perfectū, quia generat hominem.

Ad fīm dicendū, qā sepe in scriptura sacra aliquā *Caro p̄ toto homine Gen. 6.* pro tanto caro ponit p̄ toto hoīe. Iuxta illud Gen. 6. Nō p̄manebit spiritus meus in hoīe in æternū, quia caro est iuxta illud: Verbū caro factū est, ibi caro ponit pro toto hoīe fīm Aug. ut ex hoc verbū factū est caro, quia Dei filius factus est hō. Sic, & aīa ponit alīqñ p̄ toto hoīe. Iuxta illud: Factus est hō in animā viuentē. Et iuxta illud Gen. Damīhi animas, cetera tolle tibi. Volebat n. aīas. i. homines: non curabat de alijs. i. de spoliis. Sic & in p̄posito tot animē egressē sūt de fēmore Iacob. i. tot homines, quia ut patet per habita: homo generat hominē, & generatio est ipsius cōpositi.

Ad tertium patet solutio per iam dicta: cum declaratū sit, qā generatio est ipsius cōpositi, & qā homo generat hominem.

Ad quartū dicendū, qā August. super Gen. lo. *Gen. 10.* quēs de hac materia ait, qā nō, quia infantes plerūque nascuntur de adulteriis, aut in prauis moribus dona naturē culpāda sunt. Nā non p̄pterea non debet germinari frumenta, quia ea seminavit furis manus, sicut ergo semina furtiuē accepta germinant: sic et homines carnalē copulā per adulteriū exercētes gnare possunt, & generāt: & qātū ad hoc, ad Deū referri possunt: r̄fideret Deus, & qā ipse dedit legē rebus, qā qñ semē mandaretur terrę, qā germinaret, & qā ex copula maris, & fēminę gnaretur fētus ipse, qā est agens vniuersale: & dedit uniuersales leges: nō dēt suas uniuersales leges infringere propter aliquā particulare malū, qd inde accidat, vel qā per malos ministros hic exerceant. Vel si volum p̄fundē attēdere verba Aug. solutū est argm̄, cū ait, qā nō culpanda dona naturē: cum ex adulteriis nascuntur infantes. Et ex frumentis furto habitis germinantur semina. Nā germinare, & nasci infantes sunt opera naturē bona. Furari, & adulterari sunt opera motum mala. Mali enim mores non debent uitiare, vel impedire bona opera naturē.

Ad quintum dicendum qā peccatum originale est in anima sicut in subiecto: sed est in carnē, tanquam causa. Est enim peccatum originale carētia originalis iustitiae cum debito habendi eam

*Tomo 3.  
Peccati ori-  
ginis su-  
bicū, & cā*

Aegid. super ij. Sent. L 3 Nam

Nam in statut innocentiae fuisset generatio filiorum sine libidine: ideo corpori sic mundo sine libidine concepto infusisset Deus animam cum originali iustitia. Nunc autem corpori immundo cum libidine concepto infundit Deus animam sine originali iustitia. Vnde dicitur anima contrahere peccatum originale. Non ergo oportet, quod ibi sit traductio subiecti, sive anime, sed sufficit, quod sit ibi infectio carnis, vel conceptio cum libidine. vt causetur in anima talis carentia.

Homo quoque in generatione sit a gens vniuocum,

Effectus ois  
quomodo  
sunt à Deo.  
& quomo-  
do a crea-  
tura.

Ad sextum dicendum, quod ad hoc, quod homo sit agens vniuocum, sufficit, quod homo generat hominem: & quod generatio sit ipsius totius, sicut ergo in aliis agentibus ad hoc, quod sit agens vniuocum, sufficit, quod agens transmutet materiam, & transmutando materiam inducatur ibi forma similis agenti, sic & in hominibus sufficit, quod semen viri dispernat menstruum femelle, ex qua dispositione inducatur ibi forma, vel anima similis animae parentis, ad hoc, quod homo sit agens vniuocum. quod autem illa forma sit educta de potentia materiae, vel sit per creationem infusa, non tollit vniuocationem agentis.

Ad septimum de Commen dicendum, quod quantum ad Deum, vel quantum ad effectum Dei: nullum agens debet dici aliud, quia nullum est agens faciens aliquem effectum, quod illum effectum non faciat Deus: nec propter hoc priuantur creature actionibus suis, quia quicunque effectus est a creatura, est a Deo: & uterque agit, & ab utroque habet esse ille effectus totus, sed, ut dicebamus, non totaliter, ut si calidum calefacit: illud etiam calefacere facit Deus, & illud caleficere est totum a Deo, & totum a corpore calido, sed non totaliter, quia est ab utroque aliter, & aliter. Nam a Deo est subesse generali: prout calefieri, & habere esse calidum est aliquid esse: sed a corpore calido erit subesse speciali: prout est tale esse, quod est esse calidum, & quia generalia dicunt totum, quod dicunt specialia, aliter enim genera non praedicantur de speciebus. Ideo bene dictum est, quod ille effectus est totus a Deo, & totus a creatura, sed non totaliter, quia secundum aliquem modum est a Deo, secundum quem non est a creatura, & conuerso. Posset autem Deus, ut supra tangebatur, quemlibet effectum, sicut facit immediate totum: ita facere immediate totaliter. sed non vult priuare creaturam actionibus suis. Aliqua ergo facit Deus, quae non facit creatura, sed quantum ad res ipsas factas nihil facit creatura, quod non faciat Deus, ut ex hoc dici non possit, quod actiones terminetur ad formam, & alterius ad materiam, quia totum facit Deus, licet non totaliter, vel possumus dicere, ut communiter dicitur, quod hoc intelligendum est in agentibus diversis non ordinatis ad inuicem. Nam videmus in artibus ad inuicem ordinatis, quod una preparat materiam, & alia inducit formam, ut dolatiua preparat materiam, de qua fit nauis, quia dolat tabulas, & ligna, ex quibus fit nauis: & postea manufactu ex illis lignis sic preparatis, & dolatis facit nauem.

Ad octauum dicendum, quod post illos 7. dies, Deus non fecit aliquid nouum, quod non

## Quæst. I.

A fuisset simile in illis 7. diebus, quia in illis diebus fecit animam Adæ, cui omnis alia anima postea creata potest dici similis.

## ARTIC. III.

*An anima vegetativa, & sensitiva sunt ex traduce. Conclusio est affirmativa.*

D.Th. 2. sent. d. 18. q. 2. art. 3.



B VAR TO quantitur de anima vegetativa, & sensitiva. Vtrum sint ex traduce. Et vide, quod non, quia quæ sunt unum, & idem secu uolum substantiam, non potest dici unum esse ex traduce, & non aliud, sed vegetativum, & sensituum sunt idem in substantia cum anima humana, quia anima humana est primum sentiens, & primum vegetans, sed anima humana non est ex traduce: ergo &c.

C Præterea omnis anima est hoc aliquid, quia cum omnis anima sit motor sui corporis, non potest esse, quin sit hoc aliquid, quia forma simplex, quæ non habet per se esse, non potest dici motor sua materiae: ut forma grauis non est motor corporis grauius, Grauia, p. & levia non dicunt moueri a suis formis, quæ non habent per se esse, sed mouentur a suis generantibus, quæ sunt hoc aliquid, & habent per se esse, sed omnis anima, quæ est hoc aliquid, & potest habere per se esse, non est ex traduce, sed per creationem a Deo: ergo &c.

Præterea secundum Comment. in de anima non potest esse aliqua virtus cognitiva ex sola compositione elementorum: Cum ergo omnis forma, quæ est ex traduce, educatur de potentia materiae, & fiat ex commixtione elementorum: anima sensitiva, quæ est anima cognitiva, ex traduce esse non poterit.

D Præterea omnia ista inferiora, & omnia, quæ educuntur de potentia materiae, reducuntur in motum cœli, si ergo aliqua anima esset ex traduce, causaretur ex motu cœli, sed cum cœli sint inanimati, quæ inanimata, & ignobiliora sunt causa animatorum, & magis nobilium, non videtur conueniens.

E Præterea videtur velle Themistius, quod quæ sunt à non simili, sunt à principio separato, sed multa etiam inanimata sunt à non simili, quia sit ignis non solum ab igne, sed à motu, ergo multæ formæ inanimate sunt à principio separato. Cum ergo omnes animæ sunt nobiliores formæ inanimate, multò magis erunt à principio separato.

F IN CONTRARIUM est, quod dicitur Gen. 1. Gen. 1. Producant aquæ animam &c. sed quæ sic producuntur sunt producta virtute naturæ, & sunt edu-

sta de potentia material & sunt a principiis natu  
ralibus, non ergo sunt a principio separato.

Aristo. 2. de  
gen. anim.  
cap. 3.

Præterea secundum Philosophum solus intel  
lectus est ab extra vegetatum ergo, & sensitivū  
non sunt ab extra, sed ex traduce.

## R E S O L V T I O

*Anima vegetativa, & sensitiva in alijs ab homine  
sunt ex traduce. Idem dicendum esse censas in  
homine, ut vegetativum, & sensitivum dicunt  
potentias, vel essentias animā intellectuam pre  
cedentes: non autem, quatenus anima intellectu  
etiam essentiam dicunt.*

RESPONDENS dicendum, q. animas aliquas es  
se ex traduce, videtur hoc esse introductum pro  
pter animas animalium generatorum ex semine  
aliorum ab homine, quia anima intellectuam ho  
minis non est ex traduce. Omnes autem aliae ani  
mæ generatorū ex semine, ex traduce dici debet.  
Hoc ergo ordine proceditur in hac questione,  
quia declarabimus quomodo se habeant, quod  
dat masculus, & quod dat femella, quantum ad  
esse reale. Secundo quomodo se habeant quantum  
ad originē. Tertio quomodo se habeant quantum  
ad actionem, & passionem. Propter primū scien  
dum, q. res illa, quam dat femella, à re, quam dat  
masculus, multipliciter differt. quia res, quam  
dat femella, est menstruum, & se habet, vt pas  
suum. Res vero, quam dat masculus, est semen,  
& se habet vt actiuū. Propter quod id, quod dat  
femella, ad id, quod dat masculus, se habet sicut  
sylua ad artificem. quia sylua dat lignum, quod se  
habet, vt passuum. In artifice autem est ars, quæ  
respectu ligni se habet, vt actiuū. & quia, quod  
dat femella, se habet, vt passuum, quod dat ma  
sculus, se habet, vt actiuū; cum id, quod se habet,  
vt passuum, sit materia; & cum actiuū in id, quod  
se habet vt passiuū: inducat formam, consequens  
est, q. fœtus materiam habet à matre, formam à  
patre. Ideo assimilauimus femellam sylua, & ma  
sculum artifici, quia sylua dat artifici lignum, siue  
materiam, ex qua fiunt: & artifex per artem dat  
eis formam. sic & femella dat fœti materiam, ex  
qua fit & masculus dat ei formā. Et quia materia,  
ex qua fit fœtus animalis, est corpus: Forma au  
tem est anima; benedictum est, q. fœtus in anima  
libus generatis ex semine corpus hēt à femella,  
vel à matre: animam verò habet à masculo, vel à  
patre. quod in alijs animalibus ab homine verū  
est simpliciter. \* In hominē verò masculus, siue  
pater, non dat animā nisi quantum ad disponēm.  
disponit enim semen maris in hominibus, & or  
ganizat corpus ad susceptionem essentia animæ,  
sed per creationem in corpore sic dispositio in  
funditur. essentia animæ. In alijs ergo animali  
bus, natis ex semine, simpliciter verū est, q. habet  
animam à patre: de corpore verò, quod habeant  
ipsum à matre organizatum, & dispositum per  
patrem; tam in alijs animalibus, quam etiam in  
hominibus, veritatē habet. Viso quomodo, quod

Mascul. &  
femina  
quō se ha  
beant ad ge  
nerationē  
quo ad esse  
seale.

\*Anima hu  
mana a pte  
in genera  
tione ho  
nō dat, nisi  
quād ad di  
spositio  
z. de gena  
animat. ca. 4.  
Idem sup  
ar. 3.

A femella, & quod dat masculus se habent quantū  
ad rem; Volumus declarare, quomodo se habeat semen, &  
quantum ad originem, & quantū ad actionem,  
& passionem. Nam quantum ad originem sunt  
loca distincta, & sunt in alio, & alio vbi. Quantū  
verò ad actionem, & passionem, sunt secundum  
locum coniuncta, & sunt in eodem vbi, vt in ea  
dem matrice. Est enim quasi omnino notū, mē  
strum, quod dat femella, & semen, quod dat  
masculus quantum ad originem, esse distincta se  
cundum locum, & esse in alio, & alio vbi. Nam  
locus, vbi habet originem semen, est ipse mascu  
lus: quia semen à masculo, & in masculo oritur.  
Menstruum verò, quod dat femella quantum ad  
originem est à femella, & in femella, sicut in suo  
loco distincta ergo sunt secundum locum quan  
tum ad originem, quod dat femella, & quod dat  
masculus, sed quantum ad actionem, & passionē  
oportet ea esse coniuncta, quia quod non tangit,  
non agit, oportet ergo in uno, & eodem loco es  
se coniuncta passuum, quod dat femella, & acti  
uum, quod dat masculus. In hoc ergo non se ha  
bent illa duo sicut sylua, & artifex. quia artifex  
potest ire ad syluam, & ex ligno facere ibiarcam,  
& lignum potest portari ad artificem, vt faciat in  
de arcum. Propter quod in ipsa sylua, & extra syl  
uam potest cōiungi actiuū, & passuum, vt fiat  
inde artificiatum. sed non sic est in proposito, q  
in femella, & extra femellam possint cōiungi  
actiuū, & passuum, vt fiat inde fœtus. Sed de  
necessitate in femella: vbi est proprius locus pas  
suum, & extra masculū, vbi sumit originem semē,  
quod habet rationem actiuī, congregātur actiuū,  
& passuum, ut fiat ibi actio, & passio, & genere  
tur inde fœtus.

His itaque prælibatis dicamus, quod cū opor  
teat extraduci semen à masculo, & congregati  
cum menstruo in femella, vel in matrice eius ad  
hoc, quod fiat ibi fœtus: cum dictum sit, quod fœ  
tus habet animam à patre, & corpus à matre: cū  
non habeat aliter animam à patre, nisi ex tradu  
ctione seminis ab eodem; de necessitate concludi  
tur, omnes animas aliorum animalium generato  
rum ex semine esse ex traduce. Aduertendum au  
tem, quod esse ex traduce possumus extendere ad  
omnes animas eductas de potentia materiali, siue

B Brutorū atq  
oēs sunt ex  
traduce.

C Animæ ge  
nitorum ex  
putrefactio  
ne, & aīz ve  
getabilium,  
an possint  
dici ex tra  
duce.

D sit in animalibus natis ex putrefactione, siue sit in  
ipsis vegetabilibus. tum quia propriè loquendo  
esse animam ex traduce veritatem habet in anima  
libus, quæ extraducuntur cum semine. quod pro  
priè non sit, nisi quando actiuū, siue semē in alio  
loco oritur, quam passuum, & actiuū: siue se  
men, per quod datur anima, extraducitur de suo  
loco, & collocatur cum passiuo, siue cum men  
struo. quia in semine vegetabilium coniunctum  
est actiuū cum suo passiuo: & in his, quæ gene  
rantur ex putrefactione putrefactio est coniuncta  
suæ materiæ tanquam suo passiuo, in quo indu  
cit animam illius animalis, quod generatur ex  
putrefactione. Ideo esse ex traduce non propriè  
habet locum in talibus, sed in his quæ generan  
tur ex semine: potest tamen hoc nomen ad ipsa  
extendi.

extendi. Nam, ut dicebatur supra, in semine vegetabilium distincta est virtus activa à passiva, & cōiuncta est una alijs. Duo enim lapides in eodem muro, licet sint ad inuicem coniuncti: sunt etiā ab inuicem distincti: sic & in proposito. Nam virtus activa magis habet esse in cuspidi seminis. passiva uero in alia parte seminis: sunt ergo hæc ab inuicem distincta, & sunt ad inuicem coniuncta, quia cuspidis seminis coniungitur alteri parti seminis. Sed dices, q̄ totum semen se habet, ut actuum. & terra, in qua seminatur, se habet, ut passuum. Inuenimus autem talē modum loquendi multoties. quam locutionem toleramus propter virtutem actiūam, quæ est in cuspidi seminis: cū cuspidis seminis se videatur habere, ut semen maris. Alia autem pars seminis se uidetur habere, ut menstruum fœmellæ. Terra autem, & humores, qui trahuntur à terra, se videntur habere, ut cibi, & ut alimenta, quæ conuertuntur in menstruum, ad hoc, quod fiat tantum corpus sicut est fœtus. Nam in prægnatione fœmelle illud menstruum, quod congregatur ex semine, est valde modicum. ideo nisi per alimenta, & cibos fieret conuersio in menstruum: non posset fieri tanta quantitas corporis, sicut est totus fœtus. Sic & in proposito illud passuum, quod congregatur cum actiūo in semine, est valde modicum. Ideo nisi ex terra, & humore terræ aleretur illud passuum, & conuerteretur in ipsum virtute actiūi, quod est in cuspidi, non posset fieri tatum quid: sicut est una arbor, quæ p̄ducitur ex illo semine.

Aduertendum etiam, quod licet in talibus actiūi habeat simul esse cum passivo; & si fiat traductio actiūi ad passuum; non propter hoc anima vegetabilium, vel generatorum ex putrefactione debet dici esse ab extrinseco, cum virtus actiūa in talibus nō educat animam ab extra, sed educat eam de intrinseca potentia materia, & faciat animatum in potentia, animatum in actu. sicut calidum agens in aliud corpus, ut patuit per Commentatorem, non immittit calorem ab extra, sed edicit ipsum de potentia materia, & facit calidum in potentia, calidum in actu. Ex hoc ergo verificatur dictum Philosophi, q̄ solus intellectus est ab extra, quia solus intellectus habet esse à principio separato, i. à Deo, & non de potentia materiae educitus. His itaq; excursis possumus accedere ad solutionem quæstuti. Nam cū queritur: Vtrum sensituum, & vegetatiū sint ex traduce, accipiendo ex traduce largè, prout se extendit ad omnia, quæ educuntur de potentia materiae, ut sit nostra quæstio generalis; Dicimus, q̄ cum solus intellectus sit ab extra; vegetatiū, & sensituum, ut sunt idem, quod intellectus, vel intellectuum: cum intellectus sit ab extra; vegetatiū, & sensituum sic sumpta erunt ab extra. sed, ut sunt res aliæ, ab intellectuo, erūt ex traduce, & non ab extra, & erunt extra de potentia materiae educita.

¶ Ex his ergo patet, q̄ si loquimur de vegetatiū, & sensituo, ut sunt in alijs ab homine, cum ibi non possint esse eidem cum intellectuo, quia

Lib. 2. de gen. anim. c. 3.  
vegetatiū & sensituum  
an ex traduce.

vegetatiū & sensituum  
an ex traduce.

A in nullis alijs animalibus, vel quibuscumq; animatis hic inferius habet esse intellectuum, nisi in homine; consequens est, q̄ in eis vegetatiū, & sensituum non sint ab extra, sed sint ex traduce, vel sint de potentia materiae educita. Sed si loquimur de ipso homine quantum ad radicem, & fundamentum quæstuti, idem dicemus in ipso homine, quod in alijs. videlicet, q̄ prout vegetatiū, & sensituum dicunt rem aliam ab intellectione, sunt ex traduce, & de potentia materiae educita: sed, ut dicunt eadē rem cum intellectuo, sunt ab extra. Dicendum ergo, q̄ intellectuum in homine, vel potest dicere ipsam essentiam animæ, vel ipsam potentiam animæ, fundatam in essentia. Potest ergo intellectuum in homine dicere duo, essentiam, vel potentiam. Vegetatiū, & sensituum in homine possunt etiā dicere duo.

B quia, vel dicunt essentiam, sive essentias, vel potentiam, sive potentias. si autem dicant ipsas potentias, semper sunt aliæ res ab intellectuo, quia vegetatiū, & sensituum, ut sunt potentiae, semper fundantur in organis, & differunt ab essentiā intellectua, cum sit substantia, & illa sint accidentia, & differunt a potentia intellectua, q̄ est nō organica: illa vero sunt organica, ergo sic accepta, ut sunt potentiae, semper sunt ex traduce, & sunt de potentia materiae educita. Sed si accipiatur vegetatiū, & sensituum, ut dicunt essentiam, vel essentias, hoc erit dupliciter, quia, vel dicunt ipsam essentiam animæ intellectuę, quæ potest dici vegetatiū, & sensituum: vel dicunt alias essentias, sive formas præcedentes. quia secundum Philosopham, Embrio hominis primo vivit vita plantæ, & est ibi essentia animæ vegetatiæ similis anima plantæ, & sunt ibi potentiae illius, quia nutritur, & augmentatur Embrio hominis, sicut nutritur, & augmentatur planta: & quandiu vivit vita plantæ, si pungatur, non sentiret, sicut nec sentit planta. Postea post vitam plantæ incipit uiuere Embrio uita animalis, & incipit habere animam sensituum, nec habet propter hoc duas animas. quia adueniente anima sensitua, cedit anima plantæ: & habet illa anima secundò introducta duo genera potentiarum, quia habet potentias vegetatiū, & sensituum. & potest illa anima secundò introducta quicquid poterat prima, & adhuc amplius, quia per animam primo introducam, sive per animam plantæ poterat Embrio vegetari, uel uiuere, sed non sentire. sed cedent illa primo vegetatiū, & introducta sensituum, hoc sensituum secundo introductum dabit Embitioni quicquid dabit primum vegetatiū, & adhuc amplius. quia dabit ei, q̄ vegetetur, & uiuat nobilitati vegetatiū, & nobilitati uita, quam daret primum vegetatiū: & dabit ei adhuc amplius. quia dabit ei, q̄ sentiat, ut ex tunc si pungatur, sentiret, & retraheret se. Ultimo Embrio hominis uiuit uita hominis, & est ibi inducta per creationem anima intellectua, nec sunt ibi propter hoc plures animæ: quia sicut adueniente sensituo, cedebat primum vegetatiū: sic adueniente intellectuo, cedit sensituum. Istud ergo intellectuum

Embroquo  
prius uiuat  
vita plantæ,  
& c. lib. 2. de  
Gen. anim.  
c. 3. uide su-  
bra d. 18. q.  
2. art. 2.

Aia intelle  
ctua adue  
niente, ce  
dunt sensi  
tiuum, & ve  
getatiuum:  
exēplo Tri  
goni in Te  
tragono  
&c.

phil. 2. de  
al. t.c. 31.

lectiuū ultimo introductum poterit quicquid poterat sensitiuū, & adhuc amplius, quia dabit Embrioni vel sc̄enū, q̄ viuat, & sentiat nobiliori vita, & nobiliori sensitua, quām daret ipsum sensitiuū, & dat ei adhuc amplius, quia dat ei, q̄ habeat potentiam intellectiuam, & rationalē, quantus nondū possit habere rationis vsum, vel illius potentiaz vsum. Et hæc videtur esse intentio Philosophi in de anima, cum dicit: Sic Trigonos in Tetragonos: & Tetragonos in Pentagono: sic vegetatiuum in sensituo, & sensitiuū in intellectuo. sed Trigonos, siue Triangulus est vna figura tantum: Tetragonos, siue quadrangulus est vna figura tantum. Triangulus est ergo in quadrangulo, non, q̄ quadrangulus sit duæ figure, sed dicitur continere Triangulum, quia habet tot angulos, quot habet Triangulus, & adhuc amplius hoc etiam modo vegetatiuum est in sensituo, non q̄ sensitiuū sit duæ animæ, & dicitur sensitiuū comprehendere vegetatiuum, quia sensitiuū potest quicquid potest vegetatiuum, & adhuc amplius. Quod autem dictum est de anima vegetatiua respectu sensitiuq; veritatem habet de vegetatiua, & sensitiu respectu intellectiuq;. quia anima intellectua non est tres animæ, sed est vna anima, dicitur tantum continere vegetatiuum, & sensitiuam, quia potest quicquid possunt ille, & adhuc amplius. Cum ergo queritur, vtrum vegetatiuum, & sensitiuū sint ex traduce, patet quid dicendum sit in alijs animalibus, quia sunt in eis ex traduce. Et patet quid dicendum sit in homine, quia, vt dicunt potentias, hoc modo sumpta vegetatiuum, & sensitiuū nunquam sunt idem cum intellectuo, ideo hoc modo operat ea esse ex traduce. Patere etiam potest quid dicendum sit, vt dicunt essentias, vel essentiā. quia, vt dicunt essentias præcedentes animata intellectiuam, sunt ex traduce, & sunt educata de potentia materia. sed quia possunt vegetatiuum, & sensitiuū dicere ipsam essentiam animæ intellectivæ, quia essentia animæ intellectivæ virtualiter continet essentiam vegetatiuq; & sensitiuq; & adhuc amplius, sic sumpta essentia vtriusq; est idē, quod essentia intellectivæ: vt hoc modo non dicantur esse ex traduce, sed ab extra.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, quod solutum est per iam dicta, quod sensitiuū, & vegetatiuum non sunt ex traduce, vt sunt idem cùm intellectuo: sed, vt differunt ab eo.

Ad secundum dicendum, q̄ forma grauium, & leuium non dicuntur esse motores eorū, quia non haberent grauiam, & leuiam, per quid resisteret suis motoribus, & sine resistencia non potest esse motus, quia tunc fieret motus in instanti, quod est contra rationem motus. sed animæ animallium sunt motores suorum corporum; nō quia sunt hoc aliquid, vel quia possunt per se esse, quia in animabus brutorum, quæ sunt motores suorum corporum, hoc verificari non posset: sed quia corpora mota habent per quid resistant in motibus animalibus, ideo dicuntur moueri à suis anima-

Graniū, &  
leuiū mot.  
Vide hunc  
Doc. 4. Phy.  
t. 24. Dub. I.

A bus. Dicitur autem motus animalis ille, qui fit ab anima per appetitū qui motus est, vel pōt esse ad omnem differentiam positionis. Ideo repugnat motui naturali corporum animatorum, qui est per gravitatem, vt resistant corpora animata talibus motoribus, vt ex hoc dicantur animæ motores eorum. sed si esset motus corporis animalis secundum grauitatem, tunc anima prout supplet vicem formæ graui, quia non habet mobile, per quid resistat in tali motu, non dicetur anima esse motor in dicto motu, sed erit idem iudicium de motu corporum animatorum, secundum talem motum, quod est de motu grauium, & leuium.

Ad tertium dicendum, q̄ aliquæ qualitates sunt, quæ possunt fieri ex sola mixtione elementorum, cuiusmodi fortè sunt sapores, & odores, & alia huiusmodi qualitates. sed virtus cognitiva ex sola mixtione elementorum causari non potest. sed talia reduci non possunt ad ea, quæ sunt ex tota specie, & alia specialiter sequuntur animam, quæ est forma specifica.

Ad quartum dicendum q̄ ista inferiora quantumcunq; animata, causantur ex corporibus supercelestibus, quæ sunt nobiliori modo animata, loquendo de animabus aliis ab anima humana, quām sunt ista inferiora: non quantum ad causalitatem. vnde sumitur difficultas argumenti: Plus est esse animatum per motorem orbis, siue per intelligentiam; quām esse animatum quacunque anima hic de materia educta. nam corpus celeste non agit, nisi mediante motu: & ille motus, vt communiter ponitur, est actus motoris, & mobilis, vt aliquid ex hoc sortiatur: non solum, quia est actus mobilis, sed etiam motoris. Et ideo ea, quæ sunt per motum cœli, & quodlibet opus naturæ dicitur esse opus intelligentiæ, quia est opus motorum orbium. Ideo superiorius omnia hic inferioris acta reduximus ad artes intelligentiarum, quæ sunt sub una arte principali, quæ est ipsius Dei: vt hoc modo non sit inconveniens corpora celestia eo modo, quo sunt animata, facere ad productionem quaruscunque formarū, vel animarum eductarum de potentia materiæ, sed de anima intellectua secus est, quia est à Deo per creationem, & licet non sit nobilior, quām animæ corporum: tamen nobiliori modo coniungitur suo corpori, quām ille animæ. quia hic coniungitur suo corpori quantum ad esse: ille autem solum quācum ad agere. Et per hoc pater solario ad quintum, quia animæ, vel formæ non producuntur nisi similibus, possunt reduci in principia separata. i. in motores orbium: non quod producantur ex hoc per creationem: cum illi motores nihil

D create possint: sed vt educuntur de potentia materiæ ad quarum educationem modo, quo dictum est, possunt facere motores illi, vt est per habitu declaratum.

*De corporis primi hominis immortalitate.*

**O**STE A queritur de secundo principali: videlicet de statu corporis Adæ. Circa quod queruntur quatuor. Primo utrum Adæ habuerit corpus mortale. Secundo utrum habuerit corpus passibile. Tertio utrum fuerit illud immortale naturaliter. Quarto utrum immortalitas illa fuerit eadem, vel eiusdem rationis cum immortalitate resurgentium in statu gloriae.

## ARTIC. I.

*An corpus Adæ fuerit immortale.  
Conclusio est affirmativa.*

D.Th. i. p.q. 97. art. 1. Et 2. sent. d. 19. q. 1. artic. 2. & 4. Et de Malo. q. 5. ar. 5. incorp. D.Bon. d. 19. ar. 1. q. 1. Ric. d. 19. q. 3. Scot. d. 19. q. 1. Th. arg. d. 19. q. 1. art. 2. Ant. Andr. d. 19. q. 1. Voril. d. 19. q. 2. Dorbd. 19. q. 1. Brul. d. 19. q. 3. Gor. d. 19. q. 1.



Anhelitus,  
& nutrimentum  
necessaria  
vivere.  
Met.

**D**PRIMVM sic proceditur: ut detur, quod corpus Adæ nullò modo fuerit immortale. Nam secundum Philosophum in Meta. Anhelitus, & nutrimentum sunt necessaria ad uitam animalium. Cum ergo corpus Adæ indigeret nutrimento: uidetur, quod eodem modo uiuebat sicut uiuent alia animalia nutrimento indigentia, sed alia animalia habent necessitatē moriendi. ergo &c.

Præterea Adam in primo statu poterat mori, sed omne, quod possibile est mori, necesse est mori, cum mors sequatur ex necessitate materię: ergo Adam etiam in primo statu habebat necessitatem moriendi.

3. Phys. 48.  
& 52. 2. coe-  
li 19. & 4. ce-  
li 22.

Præterea quod est corruptibile secundum partem, est corruptibile secundum totum, quia pars, & totum sunt eiusdem naturae: sed partes corporis Adæ erant corruptibles, quia non indiguerent alimento, si in qualibet parte non fieret deperditio ergo &c.

Aris. 10. Me-  
te. t.c. 26.

Præterea in ijs, quæ differunt secundum genus, ex uno non transitur in aliud, ut ex calore non sit sapor. semper enim sunt transmutationes ex contrariis, & in contraria. sed contraria sunt posita in eodem genere. Cum ergo corruptibile, & incorruptibile differant generem, dicitur in 10. Si corpus Adæ fuisset incorruptibile, nunquam fuisset factum corruptibile.

Præterea mortale est differentia diffinitiva hominis, quia est animal rationale mortale. si ergo Adam fuisset immortalis, non fuisset eiusdem speciei nobiscum, quod est falsum.

IN CONTRARIUM est Magister in littera, quod

## Quæst. II.

A Adam erat immortalis, quia poterat nō mori: & mortalis, quia poterat mori.

Præterea Boetius in de duabus naturis ait, quod si Adæ non peccasset, mortem nulla rōne sensisset.

## R E S O L V T I O.

Mors licet in Brutis, ut Philosophi aiunt, sit ratio-  
ne materia: in homine tamen principaliter ex  
primi Parentis peccato esse dicitur, ut ex pater-  
na aequitate, ex animæ perpetuitate, & ex no-  
stra tandem utilitate pater.

RESPONDEO dicendum, quod de morte aliter lo-  
cuti sunt Philosophi, & aliter loquitur sacra pa-

B gina. quæ diuersitas specialiter sumitur ex parte  
mortis hominis. Nam Philosophi quantum ad  
mortem, nullam differentiam faciunt inter homi-  
nem, & bestias. Omnem enim causam mortis at-

tribuunt necessitatē materiae, ut quare corrupti-

tur animal, dicentes Philosophi, quod compositum  
est ex congratijs, non dantes aliam causam in eo,  
quod est animal hoc: vel in eo, quod est animal inumentū.

vel si volumus assignare causam mortis, sicut as-  
signavit Medici, & etiā sicut innuit Philosophus  
in de generatione, quia sit continua deperditio  
in corporibus animalium, quia vita consistit in ca-  
lido, & humido, & semper calidum depascit hu-  
midum: ut consumpto humido, extinguatur, &  
moriatur animal, sicut ignis in lucerna consumit  
humidatē olei, & consumpto oleo extinguitur  
lucerna. secundum hunc autem modum mortis

C loquitur Philosophus cum dicit, quod carens colera  
est longævum. Nam cum in colera dominetur  
ignis, qui est ita intense calidus, animal abundans

colera sic habet calorē intensum, ut magna fiat  
in eo deperditio, ex calore sic intensō, sicut est in  
colera, ut multum depascatur in ipso de humido  
radicali. Propter quod tale animal abundans co-

lera non potest esse longævum. hic autem mo-  
dus mortis, quod calidum depascat humidum, vide  
tur esse magis proprius animalibus, quam pri-  
mus, ut dicatur animalia esse corruptibilia, quia  
sunt composita ex contrariis. Nam iste modus

D corruptionis est communis omnibus mixtis, cū  
omnia mixta sint composita ex contrariis ele-  
mentis: sed qualiter eunq; loquimur de cā mor-  
tis, prout locuti sunt Philosophi, siue hoc fiat ex  
compositione ex contrariis, siue ex calido depas-  
cente humidum, non est differentia, sequendo,

Philosophos inter mortem hominis, & aliorum  
animalium. Quod si dicas, quod immo etiam secundū  
Philosophos homo est nobilioris complexionis,

quam alia animalia. Dicemus, quod hoc nihil ad pro-  
positum quantum ad mortem, cum videamus  
aliquæ bruta, utputa elephanṭes, & plura alia, es-  
se longioris vitæ, quam homines. Si rursus dicas,

quod etiam secundum Philosophos aliquid rema-  
net de homine corrupto corpore, quia remanet  
intellectus, qui, ut dicitur in 2. de anima, separatur ab alijs, sicut perpetuum à corrupti-  
bilis; hoc etiam non est ad propositum, quia nos  
loquimur

Igni lucer-  
na compa-  
rat uita ho-  
minis.

Colera qd  
abundans  
nō est lon-  
geus.

A Italia que-  
dam lögio-  
ris vitæ, qd  
homo.

loquimur de morte ipsius hominis , qui est quid compositum ex anima . & corpore : sed corruptio compositi sit ex sola separatione partium . sicut ergo separata anima à corpore , moritur iumentū , sic & in homine per separationem animæ à corpore moritur homo . Quia autem mortuo iumento moritur anima , quia redit in potentiam materiæ , vnde est educta . Mortuo autem homine , non moritur anima , vel non moritur spiritus , sed revertitur ad Deum , qui dedit illum . quantum ad mortem ipsius compositi , vel ipsius hominis , vel ipsius iumenti , non videtur esse differentia . nam siue moriatur anima , siue nō , ex sola separatione animæ & corporis , moritur similiter homo , & iumentum . sequendo ergo Philosophos incidimus in id , quod dicitur Ecclesiast . quod potest dici esse dictum in persona insipientium , q̄ vnuſ est interitus hominis , & iumentorum , & æqua vtriusq; conditio . Philosophi ergo totam causam mortis attribuentes necessitatē materiæ dicentes in hoc se esse sapientes , stulti facti sunt . Sic ergo locuti sunt Philosophi de cā mortis . Sed sacra pagina causam mortis sumit principaliter ex parte animæ , & ex parte peccati , vt si Adam non peccasset , quod principaliter competit ei ex parte animæ , & ex parte liberi arbitrij , quod fundatur in anima , secundū q̄ possumus peccare , & benefacere , non fuisset mortuus . ergo peccādo , & trasgrediendo mandatum Dei contraxit necessitatē moriendi , vt patet Gen . Sic etiam Sap . scribitur : Quia Deus creauit hominem inextirpabilē , idest immortalem . sed inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum . Et ad Rom . dicitur , q̄ per vnum hominem in hunc mundum peccatum intravit , & per peccatum mors . Cū ergo maior sit huius Scripturæ auctoritas , quam totius humani ingenij perspicacitas , vbi Philosophi discordauerunt à Scriptura sacra , certū est eos errasse , & falsum dixisse . Vbi autem concordauerunt certum est eos veritatem protulisse . Vbi autem nec hoc , nec illud , quia forte de hoc , de quo hic locuti sunt , non intromisit se Scriptura sacra , potuerunt aliquando dicere falsum , aliquando verum . vel forte nihil est erratum ab alijs in his , quæ cōgruunt fidei , quod per Scripturam sacrā aliquo modo non possit corrigi . Teneamus ergo nos cum scriptura sacra dicentes , q̄ licet in iumentis , vel in alijs animalibus introducta sit mors ex necessitate materiæ , vt Philosophi sunt locuti : tamen quia non est vnuſ interitus hominum , & iumentorum , nec est æqua vtriusq; conditio , principaliter est introducta mors in hominibus ex peccato primi parentis . Ad quod sic esse , possumus , quantum ad præsens , rationem triplicem assignare . Ut prima sumatur ex quadam Dei paterne æquitate Secunda ex perpetuitate animæ . Tertia ex utilitate nostra .

Prima via sic patet : Exigebat enim diuina æquitas , vt quandiu anima Adæ erat subdita suo superiori , idest Deo , q̄ omnia inferiora animæ essent subdita sibi . Non enim deceret iustitiam , & æquitatem regiam , q̄ permitteret subditos rebel-

Vnuſ interitus homini , & iumento , ut ait iſi piēs Eccl . 3 .

Mortis causa iuxta facias scripturæ dogma .

Gen . 3 .

Sap . 3 .

Rom . 5 .

Scripturæ sa-  
ra auctoritas idem in  
Prologo hu-  
ius libri , &  
alibi .

Mors ex  
peccato , li-  
cet Scotus  
censeat , qđ  
homo etiā  
si non pec-  
caueret ad  
hunc mortu-  
fuisse per  
contrarias  
qualitates .

A late Comiti , quādiu Comes vellet sibi esse subiectus . Sic & in proposito non decebat diuinam æquitatem , & iustitiam , q̄ corpus , quod debet esse subiectum animæ , rebellaret animæ , quandiu anima volebat esse subiecta Deo . & quia tota causa mortis est ex eo , q̄ in corpore insurgunt aliqua , quæ contrariantur animæ , propter quæ corpus quasi rebellat animæ , oportet animam recedere à corpore , sicut recederet Dominus ciuitatis à ciuitate , si ciues rebellarent sibi . quia ergo non decebat diuinam iustitiam , q̄ sic rebellaret corpus animæ , nisi anima prius rebellaret Deo , oportet Adā in statu innocētiae fuisse immortalem , & eo mō se habuisse ad moriē , & se habuisse animā eius ad corpus , vt nullo modo rebellaret sibi , nec cogeretur per mortem recedere ab eo . Adam ergo , sicut se habebat ad peccandum , & per rebellionem ad recedendum à Deo , sic se habebat ad mortem . & quia in illo statu poterat peccare , & non peccare ; ideo poterat mori , & nō mori . Propter quod peccando fuit mortuus , q̄ si nō peccasset nō fuisset mortuus . vnde Aug . 9 . super Gen . ait . Quid hac pœna iustius , quām q̄ non ad omnem nutum seruat corpus , famulus animæ , sicut ipsa anima seruire domino suo de- negauit ?

Secunda via ad hoc idem sumitur ex perpetui corporis unio.

Animæ cor-  
tate animæ . Nam Deus creauit hominem ex duabus partibus compositum ; ex corpore , & anima . & fecit vnam naturam humanam ex dictis duabus partibus . Propter quod dictæ partes naturaliter sunt unitæ cum una natura humana consti- tuuntur ex eis , vt quia naturaliter unitur anima corpori , oportet q̄ anima habeat naturale desiderium ad administrandum corpori . quod desiderium est tantum , q̄ anima beata retardatur à visione Dei , vel à Dei adhesione propter huiusmodi desiderium . unde Aug . circa finem . 12 . su-

per Gen . ait , q̄ anima naturalis inest quidam ap-

petitus corpus administrandi , quo appetitu retar- detur quodammodo , ne tota intētione perget ad illum summum cœlum . i . in Deum , quandiu non subest corpus , cuius administratione appetitus ille quiescat . ab anima q̄ ergo sine culpa per mor- tem corporis tantum desiderium discōtinuetur , & interpellationem recipiat : cum huiusmodi de-

siderium sit naturale , & sit à Deo insitum , vide- tur omnino à Deo dissonum , quod animam fe- cisset perpetuam , & immortalem , & associasset

sibi naturaliter corpus corruptibile , & mortale , ad quod administrandum habet desiderium natu- rale . Nullo ergo modo est credēdum , quod Deus vellet tātā pœnā inferre animæ sine culpa . Quod si dicas , q̄ solus Adam peccauit , & ex solo pec-

cato Adā omnes facti sumus mortales ; Dic- mus cum Apostolo , q̄ in eo omnes peccauimus ad pecca-

iuxta illud ad Rom . In quo omnes peccauerunt . to omnes mortui .

sed quomodo hoc sit rationabile , q̄ omnes pec- cauerimus in Adam , infra , cum agetur de pecca- to originali declarabitur .

Tertia via sumitur ex nostra utilitate . Nam cū audimus de Paradiso nos esse expulsos , & immor- talitatem ,

talitatem, quam habebat Adam, quia poterat nō mori, perdiisse per peccatum Adæ, cuius debemus esse membra, ut patet ex veteri testamento. Et audimus per Scripturam sacrâ, q̄ facti mēbra Christi possimus recuperare meliorem Paradisum quæ est uisio, & fruitio diuina, quæ est Paradisus spiritualis melior, quām habuit Adam, qui fuit positus in Paradiſo terrestri, & corporali. Et possumus recuperare ampliorem immortalitatem, quām habuit Adam, qui habuit immortalitatem, quod poterat non mori, nos per Christū recuperabimus immortalitatē, qua nō poterimus mori, magis inardescimus ad benefaciēdū.

*Adē immortalis vñ.*

Ad primum dicendum, q̄ corpus Adē indigebat cibis: & corpus nostrum, & aliorum animalium indiget cibis, sed tunc in Adam per cibos suisset facta restauratio ita pura alimēti: sicut suisset facta deperditio, vt ex hoc nunquam suisset mortuus quandiu voluisse esse coniunctus Deo. sed eo rebellante Deo: rebellauit sibi corpus, vt non ita pura restitutio fieret: sicut facta fuit deperditio: & ex hoc sic fieret corpus impurum, & indispositum, quod anima ibi vltius stare non posset, sed oporteret eam à corpore recedere, per cuius recessionem moreretur homo, & putreficeretur corpus iuxta illud Philosophi in de anima, q̄ recedēt aīa à corpore, corpus exipiat, & marcessit.

Ad secundum dicendum, quod quantum ad statum modernum quod possibile est mori, necesse est mori, quia sicut non generatur purum vi num ex aqua, nisi in ventre vitis, sic non generatur pura caro ex alimēti, nisi in matrice, & in vētre matris. Postquam autem puer est extra uterū: simile est de eo, sicut de uino extra vitem. Si quis ergo acciperet de illo uino, & poneret ibi aqua, & iterum acciperet de eodem vino, & suppleret defectum per appositionē aquę, semper sic faciendo fieret vinum sicaquosum, q̄ non posset facere opus vini. sic & in proposito calor naturalis depascit humidum radicale. sed quod deperditum est de illo humido, restauratur per alimen tum, sed non restauratur ita purum sicut est de perditum. Ad ultimum autem est caro ita impura, quod non potest facere carnis opus, nec anima potest vltius in illo corpore stare. propter quod necesse est hominem mori.

Hoc autem exemplum de vino ponit Philosophus in de Generatione: sic est ergo in statu moderno. sed in statu innocētia primitivo per lignū vitæ vel per operationem diuinam latentem, protinus tangit Aug in 8. super Gen. Fuisset continua ta vita nostra, idest ita suisset facta pura restauratio, sicut & deperditio, vt non esset necesse hominem mori, licet potuisset mori peccando.

Ad tertium dicendū, q̄ quilibet pars nutriti est nutrita, & quilibet pars minorati, est minorata. Propter quod sicut sit restauratio in singulis partibus, ita sit deperditio per calidum depascentem humidum in singulis partibus. sed quia tunc suisset facta ante peccatum ita pura restauratio, sicut & deperditio, ideo non peccando potuisset semper homo se continuare in vita. Ad formam

*Vini exemplū ab Aris. positiū lib. de Gener. t.c. 88.*

Tomo 3.

A autem argumēti, q̄ eiusdē naturę est pars, & totū; *Adē immortalis quæ-* Dici potest, quod illa immortalitas Adæ, vt pa- *talitas quæ-* tebit in questionibus sequentibus, non erat pure naturalis, sed erat ibi aliqua latens operatio diuina, vt in sequentibus apparebit.

Ad quartum dicendum, quod si corruptibile, & incorruptibile sumantur eodem modo, differunt genere: sed si non sumantur eodem modo, possunt esse in uno, & eodem numero. In Adam ergo corruptibilitas erat ex parte corporis, sed immortalitas erat ex parte animæ. vt quandiu volebat esse subiecta suo superiori, erant sibi subiecta sua inferiora. Propter quod ita erat anima subiectū corpus quod nec egritudo, nec aliquid poterat insurgere in corpore, per quod impediretur anima, vel cogeretur anima recedere à corpore. & quia corruptibilitas, & incorruptibilitas in Adam non sumebantur eodem modo: ideo hēc duo non solū oportebat esse in diuersis genere, sed etiam fuerunt in eodem numero.

*Hoc diffinitio an eō unius Adē*

Et p̄ hoc potest patere solutio ad quintū. nā cū dī, q̄ diffinitio hominis est animal rationale, mortale; Dici potest, quod partes positę in diffinitione non dicunt actum, sed aptitudinem. & si dissimilatur homo, quod est animal gressibile bipes. vt per hoc, quod gressibile, separatur ab animalibus, quæ computantur inter volatilia. & a piscesibus, qui sunt de numero natatilium. Per hoc autem, quod additur bipes, separatur ab animalibus terrestribus, quæ vel carent pedibus, vel habent plures pedes, quām duos. tamen si curvetur qui est bipes; secundum Porphyrium adhuc dicitur bipes, quia est aptus natus habere duos pedes. ergo partes diffinitionis, sufficit, quod dicant aptitudinem, & possibiliter: secundum quem modum Adam erat tūc mortalis, quia poterat mori. Dato tamen quod nullo modo suillet mortalis, vel, quod non potuisset mori, non propter hoc ceditislet à diffinitione prædicta. quia ibi ponitur mortale, vt dicit conditionem naturæ. led sic immortale non posset esse nisi per gratiam. Adhuc autem dato, quod sine gratia homo mortalis fieret immortalis, quia post resurrectionem etiam mali quærerent mortem, & non inuenient; non propter hoc directè caderet à dicta diffinitione. quia homo dissimilatur, quod est animal mortale supple naturaliter: & supposito motu celi, qui tunc cessabit. Propter quod oportebit cessare corruptionem, & mortem hominum, quia cessabit generatio, & propagatio ipsorum.

*Homo post resurrectionem quām poli habet diffinitio nem.*

D

## ARTIC. II.

*An Adæ corpus fuerit passibile.*  
*Conclusio est negativa*

D.Th. 1. p. q. 7. art. 2. Et 2. sent. d. 19. q. 1. ar. 3. Et d. 23. q. 2. ar. 3. Dur. d. 19. q. 2. Gorr. d. 19. q. 2.



*Ecce quæritur: Vtrum Adæ ha-  
buerit corpus passibile. Et videt, q̄  
sic, quia cum haberet corpus indi-  
gens alimentis, quia in dormiendo  
vigorantur*

vigorantur naturalia ad melius digerendum, ut cibos melius digereret dormiebat, sed secundum

Somn' qd ex Arist. sub finem 4. c. de somno.

Philosophum: Somnus est quædam passio, & immobilatio organorum sentiendi: ergo &c.

Præterea non solum somnus est quadam passio, sed ipsum sentire est quoddam pati. Cum ergo corpus Adæ sentiret per suos sensus: consequens est, quod patiebatur, & erat quid passibile.

Præterea in omni nutritione est quædam desperditio humidi, & quædam desperditio membrorum, quia si non esset ibi desperditio in partibus corporis nutriti, non oportaret, quod esset ibi restauratio, & illud corpus non indigeret alimentis, sed hæc non possunt esse sine passione. ergo &c.

Præterea corpora superiora sunt cœla motuum corporum inferiorum, sed hoc non est sine passione: cum ergo corpus Adæ esset subiectum motui cœli: ergo &c.

Præterea si molle obuiet duro, non erit sine passione ipsius mollis. sed corpus Adæ erat molle, & poterat obuiare duro: ergo &c.

6. Top. 2. & 1. de Gen.

In CONTRARIUM est, quia secundum Philosophum, omnis passio magis facta abiicit à substantia: si ergo corpus Adæ fuisset passibile: illa passio magis facta abiiceret à substantia, & ex hoc Adam potuisset mori: ergo &c.

Præterea corpus Adæ erat nobilior omnibus aliis corporibus hic inferius, sed nobilior non patitur ab ignobiliori: ergo &c.

### R E S O L V T O.

T. c. 39. Et 2. de an. t. c. 57.

*Ad corpus in statu innocentiae passione perfectiu, non autem pœnali, passibile erat. Nam desperditio ipsa humidi radicalis, ob rationem, quam habebat, & ob diuinum instinctum, famem non efficeret, nec mortem, nec pœnam ullam ei cibis indigentibus atculisset.*

R E S P O N D E O dicendum, quod distinguitur cōiter duplex passio. Iuxta dictum Philosophi in 7. Physiscorum. Nam cōiter loquendo omnis receptio est quædam passio, quia fīm Philosophum ipsum recipere est quoddam pati, fīm quē modum loquendi oīs creatura est passibilis, quia cum nulla creatura sit actus purus, quilibet creatura est receptibilis alicuius superioris influentia. Ipsi ēt Angeli superiores recipiunt influentias illuminationū a Deo, & per eas illuminant inferiores Angelos, sed vñ, quod talis receptio non proprio posse dici passio, cum sit ad magnam recipiētis perfectionem. Vnde Philosophus in 7. vult, quod non sit passio illa receptio, quæ est dispositio perfecti ad optimum. Dicimus ergo, ut cōuniter dicitur, quod licet largè omnis receptio possit vocari passio, & omnis mutatio possit dici passio, tamen quando illa receptio est ad perfectionem, & ad bonū propriè non debet dici passio. Sed quando est ad nocimentum, & ad malum, tunc propriè meretur nomen passionis. Cum ergo quis sanatur, & recipit sanitatem, non debet dici propriè, quod patiatur, sed cum quis infirmatur, & declinat ad egreditudinē

A etiam propriè loquendo debet dici, quod patiatur.

Ex hac autem distinctione à Philosopho sumpta respondent scripta communia ad questio- nem propositam, quod corpus Adæ in statu inno- centiæ erat passibile modo, quo dicitur aliquid pati: prout mouetur ad suum perfectum, quod est valde largè loqui de passione, sed non erat pas- sibile, prout passio est motus, vel mutatio ad ali- quod detrimentum, sed cum corpus Adæ esset animal, & indigens cibis ab omni passione etiā, quæ importat aliquid detrimentum, ipsum amouere non possumus. Nam cum ideo fiat nutri- mentum ex alimentis ad restaurandum desperditum, & ad restaurandum humidum radicale de- pastum à calido naturali, quod ipsa desperditio non fit verè, & propriè passio, & non importet aliquid detrimentum, taluare non possumus.

Diceimus ergo, quod corpus Adæ ex illa desperdi- tione poterat dici passibile, sed ex illa passione non poterat mori, quia non poterat abiicere à substantia. Ex illa etiam passione non poterat sen- tire nec pœnam, nec dolorem, quia nunquam fuisset tanta in statu innocentiæ, quod posset cau- re dolorem, vel pœnam,

Sed dices quando sumebat alimentum, aut fa- mescebat aut non; si famescebat, hoc non erat si- ne pœna. Si sumebat non famelicus, non uideba- tur esse sine culpa, quod non famelicus, & non indi- gens cibis sumat cibos.

C Ad quod dici potest, quod inter esse famelicum, & esse plenum non indigentem cibis est dare me- dium, uidelicet quando est facta aliqua desperditio in membris, quod indigat restaurazione, & cibis; tamen illa non est desperditio tanta, quod acuer- ret, vel ad generaret famē, quod est quædam pœna. Ideo dixerunt aliqui, & concordant cum Magi- stro in sequenti, quod Adam semper praeue- nisset tempus famis, id est sumptus cibum ante, quædam est facta tanta desperditio quod inde generaretur famis. Sed dices: Quomodo hoc co- gnouisset Adam?

Adam an 1 statu inno- centiæ clu- ri: potuit- set.

D Ad quod possumus respondere per verba, que tangit Philosophus in de bona fortuna, cum que- rit unde est, quod sunt aliq bene fortunati. Ad quod respondebit, quod Deus mouet naturam totam, & facit quædam impetus in omnibus tam rationa- libus, quam irrationalibus. Et addit, quod istos impetus magis percipiunt irrationalibilia, quam rationalia. Vnde uideamus aliqua irrationalia fa- cere quædam opera artis, quæ non ex doctrina, sed ex solo naturali instinctu faciunt, ut hitundo sic facit nidum, & aranea sic telam ex solo na- turali instinctu, quod omnino assimilantur operibus artis. quod inde est, quod irrationalia hoc magis percipiunt, quia non dedita rationi, nec retardata ab illo motu, vel ab impetu, \* Ceci me- liorū n. e- r. oris quā vidētes. ga Pluribus in tentus mi- nor est ad singula ten- tias.

Hitundo, & Aranea cui recte faci- quædū, que sunt artis.

vel occupatione rationis, magis percipiunt istos instinctus, & istos impetus naturales, & penitus Philosophus exemplum de cœcis, quod melius n. e- morantur de his, quod audiunt, quod videntes, quia ut vulgariter dicitur, pluribus intentus minor est ad

singula sensus. Vidētes ergo dediti uisibilibus, & audibilibus non ita memorantur de audibilibus, sicut cęci, qui non valentes videre ad sola auditilia sunt intenti. & sicut videmus bestias non deditas rationi, magis percipere impetus naturales: Sic inter ipsos homines, simplices non sicut intenti, & attēti circa ea, quæ sunt rationis, magis percipiūt istos impetus diuinos, & instinctus naturales, q̄ faciunt sapientes, ut ex hoc dicantur bene fortunati. Quilibet enim experitur in seipso, q̄ cum habet aliquid facere, & occurrit sibi diuer sa via, & aliquando ab sq; aliqua ratione dictat sibi cor, & habet quendam impetum mouētem cor. q̄ vna via est melior, quam alia, & tenet illā viam, & accidit sibi melius. Propter quod in Scriptura sacra dicitur: Et cum simplicibus sermocinatio eius, idest Dei, quod ēt naturaliter potest accidere, vt patet per habita quantum ad instinctus, & impetus naturales, qui quamvis secundum Philosophum sint à Deo mouente naturā totam, tamen melius eos percipiunt simplices, q̄ sapientes. Ideo dicit Philosophus diffiniendo bonam fortunā, q̄ est sine ratione natura. Ille ergo, qui habet talem naturam, q̄ melius percipit istos impetus, & instinctus naturales, & secundū istos agit, nesciens assignare aliquam rationem, quare sic agit, sed ex solo impetu cordis mouetur ad sic agendum: erit bene fortunatus, quia semper isti impetus, & instinctus naturales sunt ad bonum, cum sunt à Deo.

**Prouer. 3. 56.**

**2. Phys. c. 56.**

Sed quamvis dicat Philosophus, q̄ ex non dare rationi, est magis istos impetus percipere. Sicut ex non dare se uisibilibus, est habere maiore memoriam de auditis. Possimus tamen dicere hoc magis factum esse ex peccato, & ex depravatione naturæ, & ex amissione illius innocētiae pri mitiū, q̄ ex nō intendere rationi. omnino. n. credendum est, q̄ huiusmodi impetus à Deo factos, & istos instinctus naturales melius percepisset Adam in illo statu innocentiae, q̄ aliqua irrationalia. Vnde si aliqua irrationalia ex naturali instinctu faciunt opera sua, & cognoscunt alias medicinales herbas, & comedunt, secundū quod expedit complexio ni corporis, & cognoscunt herbas nocivas, quas respūnt, & ex naturali instinctu cognoscunt, quid est sequendum, quid fugiē dum: Ut agnus naturali instinctu fugit lupū, & se quitur matrem, q̄uis de hoc, nunq̄ fuerit edocetus à matre. Isto ergo instinctus naturales, & istos impetus diuinos magis cognouisset Adā in statu innocentiae, q̄ aliqua irrationalia. Nequaquam tamen est prætermittendum, Adam in illo statu, si perseverasset, habuisset non solum generales impetus, & instinctus, secundū quos Deus mouet naturam totam, sed etiam speciales, s̄m quos specialiter mouisset hoīes, & fecisset in eis impetu ad bonum, & ad ea, quæ essent eis agenda, si persistit sent in illa innocentia, vt loquimur modo, quo loquitur Apostolus: Nunquid de bobus cura est D. o. Certum est, q̄ de bobus, & de omnibus animalibus est Deo quædam cura generalis. Sed nō est de eis illa cura specialis, quam habet de homi-

nibus. Sic Deus ēt in statu innocentiae, & etiā in hoc statu facit impetus gñales in omnibus, & p̄ter istos impetus gñales facit impetus speciales in hominibus, sed in statu naturæ corruptæ non ita p̄cipiunt istos impetus homines, sicut p̄cepissent i statu naturæ iſtitute, & plures tūc habuissent homines de instinctibus istis, quam nunc habeant. Adam ergo, & ex rōne, quam habebat, & ex instinctu diuino, sic se habuisset ad esum, q̄ non expectasset tantam deperditionē humidi radicalis, q̄ fuisset ex hoc ad generata i eo famis. præuenisset ergo tempus famis, sed non tempus cuiuscunq; deperditionis. Erat ergo suū corpus aliquo mō passibile, et anteq̄ peccasset, sed non ea passione, qua posset incurrire non solū mortē, sed et nec dolorē, vel pœnā. Cū. n. ponant Sancti ipsum indiguisse cibis, quod sine aliqua deperditione humili radicalis esse non poterat q̄ deperditio verè poterat dici passio, & ex hoc corpus Adæ poterat dici passibile, cui passioni per cibum poterat leuiter subueniri.

**R. P. A. D. ARG.** Ad primum dicēdum, aliquos dixisse, q̄ Adā in illo statu nō dormiuisset, sed cū hoc, nec auctoritate, nec rōne firmari possit, vt cōiter dicitur; Ideo probabilius tenetur, q̄ dormiuisset, sed cū somnus possit accidere, vel ex cā naturali, vt ex evaporatione ciborū, & ex humiditate cerebri, vel ex cā innaturali, ut ex nimio labore; accidisset somnus in Adā pro illo statu non ex causa innaturali, sed naturali, & ille somnus nō fuisset propriè passio, quia non fuisset ad detrimentum, sed ad profectum.

**C** Ad secundū dicendū, q̄ sentire est quoddā pati, sed non passione, q̄ fit ad detrimentum, sed ad profectū, cū dati sint nobis sensus, ut deseruat nobis ad duplē profectū: videlicet ad necessitatē uitæ, & ad scientiam. Propter quod dicit Philosophus in principio Meta. q̄ p̄ter ullā necessitatē vitę diligimus sensus, & maxime illū, q̄ est p̄ visū. quia plures rerū differentias nobis demōstrat, q̄ si aliquod sentire verè facit nobis nocumentum, vt si irreuerberatis oculis per nimiam horam respiceremus solem, & si ad corpus nimis calidum applicaremus manum, lēsionem sentiremus. A talibus ergo sensibilius, quæ possent eum lēdere, Adam cauisset sibi: tam ratione, quia erat præditus, quam naturalibus instinctibus, quibus erat dotatus.

**D** Ad tertium dicendum, q̄ in nutritione est passio ratione deperditionis, sed illi passioni leuiter subueniebat per cibum, & Adam tam rōne, q̄ naturali instinctu non permisisset illam deperditionem tantam esse, q̄ posset non solū abiicere à substantia, vt dicebatur, sed nec etiam generare dolorem, vel pœnam.

Ad quartum dicendū, q̄ secundum Philosophū in 8. Motus cœli est vita in entibus. corpus ergo Adæ si fuisset subiectum motui cœli, p̄t est vita in entibus, & prout facit ad cōseruationē, & perfectionem rerum inferiorum, non ait prout facit detrimentū, & si fuisset ei subiectum, q̄tū ad illud modicum detrimentum, quod est deperditio

**Animaliū  
instinctus  
naturales  
notandi**

**Apost.  
1. Cor. 9.**

ditio alicuius humidi radicalis: illi semper subueniebatur per cibum, & semper Adam ex ratione, & naturali instinctu subuenisset tali deperditioni, dum suisset modica antequam multum cresceret.

Ad quintum dicendum, quod Adam pro illo statu canisset sibi, ne obuiasset duris, quia cauerat etiam sibi bruta animalia, ne obuient offendiculis. quod si voluntariè uoluisset se impellere in rem duram, peccasset, quia fecisset contra dictamen rationis: & quod dictum est de voluntaria impulsione in rem duram, veritatem habet de omnibus aliis voluntariis actionibus contra rationem factis, ut si uoluisset voluntariè tantum abstinere a cibo, quod suisset inde lesum corpus, vel quodcumque aliud fecisset contra dictamen rationis, & peccasset. sed si illa impulsio in rem duram suisset violenta ab ea, & ab omnibus aliis violenter nocuus præseruasset ipsum Adam diuina prouidentia.

## ARTIC. III.

*An Adæ immortalitas fuerit naturalis. Conclusio est negativa.*

D.Th. 2. f. 19. q. 1. art. 4. D.Bon. d. 19. art. 3. q. 1. Alex. de Ales 4. p. q. 3. art. 1. Ric. d. 19. q. 5. Th. Arg. d. 20. q. 1. art. 3. Votil. d. 19. q. 3. Brul. d. 19. q. 5. Landul. d. 19. q. 1.

Tomo 1.

 **E**RTIO quæritur: utrum illa immortalitas Adæ fuerit naturalis. Et uidetur, quod sic, quia secundum Aug. 5. super Gen. Et magister recitat in littera, quod creatus est primus homo immortalis, & hoc ei præstabatur ex esu ligni vitæ, sed esus ligni vitæ erat ei naturalis: ergo &c.

Propterterea naturalis rectitudine secum non compatur rationem moriendi. Vnde dicitur per Salomonem proverb. 11. quod iustitia liberabit à morte, quandiu ergo Adam se seruabat in illa rectitudine non habebat necessitatem moriendi, sed hoc poterat naturaliter facere: ergo &c.

Propterterea eiusdem est infundere vitam, & præseruare eam. sed cum anima infundat uitam corpori naturaliter: ergo poterat ea præseruare natura liter, ut ex hoc esset Adæ immortalitas naturalis.

Propterterea mors contingit in animalibus ex consumptione humidi. Cum ergo in Adam fieret illius deperditi restauratio per esum ciborum naturaliter, immortalitas Adæ erat sibi naturalis.

**I**N CONTRARIUM est, quia Dio. 4. de di. novult, quod in ipsis Demonibus remanserint naturalia integra, & splendida. sed non sicut maius peccatum Adæ, quam ipsis Demonis: ergo si immortalitas competit set Adæ naturaliter, quia illa naturalia sibi remanserant: suisset Adam etiam immortalis post peccatum.

Propterterea naturalis diffinitio hominis est, quod sit animal rationale mortale, ergo immortalitas per naturam non potest sibi competere.

## A R E S O L V T I O.

*Ex Dei beneficio, non ex naturæ conditione immortalitas Adæ competebat. Id quod ratione periodi, inordinati excessus, ex calidi defectu, & ex violentia ipsa fit planum. Non tamen negandum est, immortalitatem eius naturæ ipsis, ob natura- lia, & sobrietatem, aliasque conditiones naturæ ipsis quodammodo esse ascribendam.*

RESPONDEO dicendum, quod ut patet ex littera, & sunt verba Aug. super Gen. immortalitas non competebat Adæ ex conditione naturæ, sed ex beneficio Creatoris. Assignat autem aliqui quinque modos corruptionis, contra quos subueniebatur Adæ ex beneficio Creatoris. Ut sit prius modus corruptionis rerum ex certa periodo, secundum quem modum loquitur Philosophus in de generatione, quod omnia mensurantur ex sua periodo. Et iste modus corruptionis habet esse in omnibus corruptilibus. Nam aliud est non corrumpi, quia ibi est parentia principijs corruptiui, & sic potest fieri præseruatio à corruptione per virtutem finitam, sicut cœlum est incorruptibile, quia est ibi parentia contrarij, & privationis, per quæ videtur materia machinari ad corruptionem. Alio modo potest esse talis reseruatio stantibus principijs corruptionis, quod else non poterit per naturam, nisi esset natura infinita, & ideo secundum, quod natura rei incorruptibilis est magis, & minus potens, sic mensuratur illa res maiori, & minori periodo, ut omnia habeat certam periodum, & certam circulationem temporis suæ corruptionis, ultra quam non potest ire, iuxta illud: Constituisti terminos eius, qui preteriri non poterunt &c. Est enim aliquis terminus assignatus cuilibet homini etiam naturaliter, ut compensata sua complexione, & cæteris impellantibus, & retrahentibus à corruptione, ut si homo comedet omnia cibaria sibi magis proficia, & utere omni sobrietate, quam posset, non posset semper vivere, sed esset dare aliquem terminum, & aliquam revolutionem temporis, ultra quam ire non posset, & hic modus est in omnibus corruptilibus eo modo, quo sunt corruptibilia. Quia aliquando sunt corruptibilia secundum partem, & non secundum se tota: eo modo, quo sunt corruptibilia, sua periodo mensurantur.

Tomo 3.  
Immortalitas hois non naturalis.Corruptionis modi quinque.  
2. de Gen.  
t.c. 57.Materiam  
chinat ad  
malum.

C **I**ntra illud: Constituisti terminos eius, qui preteriri non possit, nec anticipando, nec differendo quatum ad diuinam parentiam, quæ est infallibilis, sed quantum ad uolentiam, & malum regnum possunt tantum anticipari, quæ etiam punit Deum.

Ab hac autem corruptione præseruabatur Adam ex aliquo dono supernaturali, ut si voluisse remanere in innocentia sua, nulla periodus corruptionis, vel mortis habuisset in eo locum.

Secundus modus corruptionis est in rebus per aliquem inordinatum excessum alicuius contrarij, & iste modus corruptionis est in omnibus mixtis, quia aliquod contrariorum, quod est de compositione mixti habet inordinatum excessum super alia, ut illud mixtum oporteat corrumphi, contra etiam istum modum corruptionis, ut communiter dicitur: præseruabatur Adæ ex illo eodem dono supernaturali.

Aegid. super ij. Sent. M 2 Est

Humiditatis  
radicalis im-  
perfecta re-  
tauratio  
corruptiois  
causa, & du-  
plex consi-  
deratio

Est autem & tertius, & quartus modus corruptionis rebus animatis, & specialiter animalibus, quia duo modi sunt per calidum naturale depascens humidum radicale. Et dicimus hic esse duos modos, quia illud humidum radicale, quod depascitur à calido, potest considerari dupliciter, vel ut est, quid quantum: vel ut est quid quale: vt autem est quid quantum, subiicitur nobis in hoc statu etiam per usum ciborum, quia potest virtus nutritiva conuertere de cibis in humidum radicale tantum, quantum est inde deperditum, & etiam plus: vt non solum nutritur corpus nostrum per virtutem nutritivam, sed etiam, vt possit augmentari usque ad certum tempus per virtutem augmentativam, & hoc modo subuenitur nobis per esum ciborum, & subueniebatur Adae in statu innocentiae per esum etiam aliorum lignorum à ligno viræ,

Alio modo potest considerari illud humidum, quod depascitur à calido: non solum, vt est quid quantum, sed ut est, quid quale, & hoc pacto nullo modo possunt nobis subuenire cibi in statu huius misericordie, quod sit tale restauratum, & ita purum, quale fuit deperditum. sed Adae subueniebatur quantum ad hoc, ut dicunt scripta omnia, per lignum uitæ, per quod fuisset, vt dicta eorum sonant, tale restauratum, & ita purum quale fuerat deperditum.

Violentia  
corruptiois  
causa.

Est autem & quintus modus corruptionis per violentiam, cui secundum sic dicentes, subueniebatur Adae per diuinam prouidentiam, sed isti miscerent naturalia cum supernaturis, quia contra primum modum corruptionis, qui est mensurari periodo: & contra secundum, qui est excessus inordinatus alicuius contrariorum componentium mixtum, assignant subventionem factam Adae per donum supernaturale: non exprimentes, quare fuerit illud donum. Contra autem tertium, & quartum modum, qui sunt depascere humidum, vt est quantum, & vt est quale; assignat subventionem factam Adae quasi per naturalia, quia eius lignorum, siue sit lignum uitæ, siue alia ligna, & quorūcunq; ciborum: dum tamen habeamus illos cibos, nobis est naturalis: nec credimus, quod per solum esum ligni uitæ post peccatum Adam potuisse esse immortalis. Quod autem dicunt de diuina prouidentia, credimus esse benè dictum.

Adæ immor-  
talitas par-  
tim natura-  
lis, partim super-  
naturalis.

Complexio-  
nis malitia  
vnde.

Dicimus ergo, quod cum quæstio sit utrum immortalitas Adae fuerit naturalis, vel supernaturalis, ad soluendum quæstum oportet nos declarare quomodo illa immortalitas fuerit naturalis, & quomodo supernaturalis, nam secundum quædam habilitates poterat dici naturalis, sed secundum perfectionem, & complementum debebat dici supernaturalis. Ad cuius eidem scindendum, quod naturalis poterat dici illa immortalitas propter 5. naturales habilitates, vt sit prima habilitas ex parte naturalis complexionis. Nam malitia complexionis, & quod non habeat, quis complexionem ad diu uiuendum, potest contingere, vel ex indispositione materiæ, vel ex defectu alicuius principij natu-

A ralis, vel ex inordinata excellentia alicuius elementi contrarij, vt si semen non inueniat menstruum bene dispositum: non poterit ibi inducere propter indispositionem materiæ complectionem bonam æqualem, & temperatam qualiter requirit humana natura ad diu viuendum: vel si semen, quod se habet, vt principium actuuum, sit defectuum, & debile non habebit sufficiens dominum supra menstruum, quod est materia: unde fit fetus. Propter quod non poterit ipsum bene complexionare, vt ipse fetus ex hoc diutius vivat. Tertio si sit ibi inordinata excellentia alicuius elementi contrarij, utputa si dominetur ibi calor ignis: faciet fetum ita colericum, quod non poterit diu vivere, sed Deus per seipsum ex ligno terre formauit corpus Adæ: cuius operationem non poterat impeditre indispositio materiæ, nec defectus, vel debilitas alicuius principii agentis, cum per seipsum hoc ageret, nec inordinata excellentia alicuius contrarij, cum omnia sibi obediant ad nutum: omnino centandum est Adam habuisse corpus ualde naturaliter complexionatum ad diu uiuendum. Non tamen, vt ex hoc dicetur simpliciter naturaliter immortalis, sed vt haberet quædam aptitudinem, & habilitatem, vt per donum supernaturale immortalitatem recuperet, sicut & habentes bona naturalia facilius sequuntur Deum vocantem eos ad gratiam, ex eodem enim impetu facto à Deo illuminabitur Angelus superior, & non inferior. & quia toto conatu se habuerunt Angeli respectu gratiae habentes meliora naturalia, ampliorem suscepserunt gratiam, bona ergo naturalia in Adam, ut diu uiueret, erat quædam habilitas, vt per donum supernaturale superuiueret, ut bonitas naturalium dicatur quædam habilitas ad bona supernaturalia.

B C

Secundo fuit quædam habilitas in Adam ex parte naturalium instinctuum. Nam illi instinctus, & illi impetus naturales, facti à Deo generaliter in naturam totam, multum uigebant in Adam, in quo non solum erant isti impetus naturales generales, sed etiam erant in eo impetus speciales: & per istos impetus, & instinctus, quos habebat naturaliter, per quos Deus mouet naturam totam & specialiter mouebat naturam Adæ poterat cognoscere, quando debebat sumere cibos, & quantum, ut etiam ex hoc habilis ad diu uiuendum naturaliter esset etiam habilis, vt recuperaret immortalitatem per donum supernaturale, siue supernaturaliter.

Tertio quidem aderat sibi ex naturali sobrietate. Nam Adam ex bonitate sua complexionis habebat quædam sobrietatem naturalem, vt ex hoc haberet naturaliter habilitatem ad diu uiuendum, & esset magis aptus ad donum supernaturale, & ad immortalitatem recipientum. Possumus autem & quartum modum habilitatis assignare ex cibis, & alijs lignis generaliter. Et quintum ex ligno uitæ specialiter. Nam tunc in statu innocentie quælibet ligna, à quibus non erat Adam prohibitus, erant ita bona ad uescendum, vt ex eis corum etiam naturali fieret etiam humana vita

Adæ sobrie-  
tas unde.

Lignum si tñ quõ uitæ præstabat. uita multum longuæ, & specialiter hoc habebat lignum uitæ, quod erat tantæ bonitatis ad uescendum, ut vescens eo, valde diu viueret: tamen sine dono supernaturali, licet ista potuissent conferre Adæ, longè, & diu viuere, tamen omnia ista simul congregata non poterant ei conferre semper viuere.

**Tomo 3.  
cap. 25.** Et si inueniantur aliqua dicta Sanctorum, quæ videantur hoc sonare. iuxta illud Aug. 6. super Gen. Quia præstabatur Adæ de ligno uitæ, à quo separatus est, cum peccasset, ut posset mori, qd nisi peccasset, posset non mori. Separatus ergo fuit Adam à ligno uitæ, ut posset mori, quia propter peccatum non solum fuit dignus mori, sed et cito mori. & peccans non solum fuit indignus semper viuere, sed etiam fuit indignus diu viuere, ut ex hoc prohiberetur à ligno uitæ.

Vel possumus, si uolumus, illud uerbum Gen. 3. Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno uitæ, & comedat, & uiuat in æternū esse dictum ironice, sicut & illud dictum est ironice: Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis sciens bonum, & malum: & maxime cum unum istorum in Gen. statim sequatur ad aliud. Nam quia sic deceperat eos Dæmon dicens: Nequam moriemini, sed eritis, sicut Di scientes bonum, & malum. Ideo derisorie dictum est ei: Factus est quasi Deus. sic & derisorie potest dici sibi fuisse dictum, qd si comederet de ligno uitæ, viueret in æternum, quia tunc naturaliter competit ei immortalitas, cum uti cibis sit naturale, qd est contra Aug. in 6. quod Adam mortalis erat conditione corporis animalis: immortalis beneficio Cōditoris. Immortalitas quoq; Adæ ex quadam habilitate poterat esse per naturam, sed secundum perfictionem, & complementum erat per donum supernaturale, & ex beneficio Creatoris. Nam nunquam actus actiuarum sunt, nisi in patiente, & disposito: ut non recipitur gratia, nisi in anima dispositi ad gratiam, & non recipiebatur illud donum supernaturale, per quod Adæ reddebat immortalis, nisi in natura Adæ ad hoc habili, & disposita ad aliquam habilitatem, etiam immortalitatem habuisset Adam ex natura, perfectione autem, & complementum ex dono supernaturali, vel ex beneficio Creatoris.

**Tomo 3.  
2. de anima  
24.** His habitis restat ostendere quomodo ex dono supernaturali, & ex beneficio Creatoris Adæ habebat immortalitatem: prout requirebat ille status perfectæ, & completiæ.

Aduertendū ergo, qd omnis mors, vel est naturalis, vel est uiolenta, morte aut naturali defendebatur Adam per donum supernaturale, quod erat originalis iustitia. Illud autem donum dicebatur iustitia originalis. Nam dicebatur iustitia, qd quādiu Adam non peccasset, & fuisset subiectus Deo superiori suo, omnia inferiora in eo fuissent subiecta suo superiori, uel suis superioribus. Hec est enim quādam iustitia, & quēdam equitas, ut dicebatur de Comite, quod quandiu vult esse subiectus Regi, quod Rex hoc agat, ut omnes sui subiecti sint subiecti sibi. Sic quandiu Adam non re-

A bellasset suo superiori, nihil in eo rebellasset suo superiori, & quia corpus est inferius anima, nūquām rebellasset animæ, & nūquām insurrexisset in corpore: nec egritudo, nec aliqua alia cōditio, per quam oporteret animam recedere à corpore Adæ, vel oporteret ex hoc mori Adæ: & hoc faciebat illud donum supernaturale, & illa iustitia, qd vere iustitia erat, quia iustum est inferiora superioribus esse subiecta. Dicebatur et illud donum esse iustitia originalis, vel quia ab origine habuit Adæ illud donum, vel illa iustitia, quia anima Adæ fuit sibi infusa cum tali iustitia, vel poterat dici originalis, quia illam iustitiam Adæ in suos posteros p originē transfundisset, non qd animæ sint ex traduce, ut qd anima filii Adæ fuit traducta ab anima patris. sed sicut peccatum originale transfunditur in filios à parentibus, quia cum filiis sint concepti in libidine, & habeant quasi carnem immundam, & maculatam, Deus illi carni maculatæ infundit animam, cum parentia originalis iustitiae, per quam parentiam cum debito habendi dicitur filius contrahere originale peccatum: sic qd in statu innocentie fuisset conceptio filiorum sine libidine, & caro eorum fuisset concepta, & munda, & immaculata: cui earni sic mundæ, & immaculatæ Deus infundisset animam cum originali iustitia: ut sicut nunc propter maculam carnis conceptæ dicitur traduci originale peccatum, sic tunc propter munditiam carnis conceptæ fuisset dicta traduci originalis iustitia.

C Postquam diximus quomodo saluatus fuisset Adam à morte naturali, quia hoc fuisset beneficio Creatoris per illam originalem iustitiam. Restat dicere qud fuisset saluatus à morte uiolenta, beneficio Creatoris, quia hoc fuisset per diuinam prouidentiam: ergo diuina prouidentia salvasset Adam à morte uiolenta: Originalis autem iustitia à morte naturali. Videtur tamen August. 8. super Gen. ligno uitæ, ut possent per eum **Tomo 3.** eius homines non mori, superaddere latentem diuinam operationem. Vnde ait: Illud quoq; addo, quanquam corporalem cibum talē, tamen illam arborem, id est lignum uitæ præstissem, quo corpus hominis sanitatem stabili firmaretur: non sicut ex alio cibo, sed nonnulla inspiratione salubritatis occulta, ut ex hoc tria occurrerent ad immortalitatem Adæ: Originalis iustitia, Dei inspiratio, Vel operatio in esu ligni uitæ occulta, quæ saluarent Adam à morte naturali, & diuina prouidentia, quæ saluaret ipsum a uiolenta.

**R E S P. A D A R G.** Ad primum dicendum, quod ut patet per habita, esus ligni uitæ non sufficiisset ad semper uiuere, licet forte sufficiisset ad diu uiuere, sine Dei operatione occulta, vel sine originali iustitia.

D Ad secundum dicendum, qd naturalis rectitudine non sinebat in Adam esse necessitatem moriendi, propter originalem iustitiam, quæ comitabatur illam rectitudinem naturalem, quia quādiu fuisset subiectus Deo: corpus fuisset subiectum animæ, ut nūquām eset ibi machinatio ad maleficium, p quod expellere anima a corpore,

Aegid. super ij. Sent. M 3 &

Adæ, si non peccasset qud à morte naturali esset liberatus.

Adæ qud à morte uiolenta liberatus fuisset, si non peccasset.

Adæ immortalitas ex tribus.

Lignum uitæ, an sufficiens ad immortalitatem

& necessitaretur Adam mori per separationem animæ.

Ad tertium dicendum, qd anima infundit vitæ corpori naturaliter: quandiu est dispositum ad recipiend: in illum influxum vitæ, sed per egritudinem, vel per violentiam, vel per radicalis humidi consumptionem illud corpus, quod erat dispositum ad suscipiendum influxum vitæ, & qd erat locus naturalis animæ, quandiu fuisset tale, tandem infudisset sibi anima vitam: sed factu sic indispositum efficitur locus animæ innaturalis: propter quod anima non potest sibi plus infundere vitam, & cogitur inde recedere, sicut a loco innaturali.

Ad quartum dicendum, qd in Adam per esum cuiuscunq: ligni non fuisset facta restauratio humiditatis ita pura, sicut fuerat deperdita, nisi per Dei operationem occultam, vel per originalem iustitiam.

### A R T I C. IIII.

*An in statu innocentia, Adæ immortalitas fuerit eadem cum immortalitate resurgentium.  
Conclusio est affirmativa.*

D.Th.2. sent.d.19.q.1.art.5. D.Bon.d.19.art. q.2. Ric.d.19.q.6. Alex.de Ales.4.p.q.3.art.2. Brul.d.19.q.6.



VARTO quæritur vtrū immortalitas Adæ in statu innocentia fuerit eadem cum immortalitate resurgentium in statu gloriæ. Et videtur, qd non per di-

stum Aug. & habetur a Magistro in littera, quia alia est immortalitas carnis, qd in Adam accepimus: & alia, quam in resurrectione speramus per Christum: ergo &c.

Præterea ab immortalitate, quam habebat Adam, transisset, si non peccasset, ad immortalitatem resurgentium, sed nō transitur ab eodem in idem: ergo alia immortalitas innocentia, quæ incepit in Adam, & alia immortalitas resurgentium, ad quam, si non peccasset, fuisset sine morte translatus.

Præterea, quæ sunt ex alio, & alio principio, sunt aliud, & aliud. sed immortalitas resurgentium, ad quam iuisset translatus Adam, & immortalitas innocentia, in qua fuit constitutus causabatur ex alio, & alio principio: ergo &c. Assumpta autem per se patet, quia immortalitas innocentia causabatur ex originali iustitia, sed immortalitas resurgentium causabatur ex gratia cōsummatæ, sine ex gloria.

Præterea ubi non est eadem impossibilitas, nō est eadem immortalitas, sed in Adam, & in resurgentibus non est eadem impossibilitas, quia Adæ habebat aliquo modo corpus passibile: cum indigeret cibis, & fieret in eo vera deperditio ex con-

### Quæst. II.

A sumptione humidi radicalis per calidum naturale, Refungentes autem non habebunt aliquo modo corpus passibile: ergo &c.

IN CONTRARIUM est, quia immortalitas in Adam videbatur sequi libertatem arbitrij, quia videbatur Adam pro suo libertatis arbitrio posse peccare, & non peccare, & peccando posse mori: non peccando non posse mori. sed cum idem sit liberum arbitrium in resurgentibus, & in Adam: ergo, &c.

Præterea eadem potentia, quæ prius disposita habilitatur ad rem aliquam, postea necessitatur ad rem illam. ut ignis calefaciendo habilitat rem, vt fiat ignis, sed tantum potest augmentari illa cælefactio, quod de necessitate fiat ignis, sic & in p-positio in statu innocentia fuit habilitata natura humana ad immortalitatem, quia poterat mori, & non mori, sed in statu resurgentium erit illa potentia, & illa natura necessitata, quia pro illo statu impossibile erit mori, vel necesse erit non mori, sed cum non sit aliud, & aliud, sed unum, & idem, quod primo habilitatur, & postea necessitatur: non erit alia, & alia immortalitas hæc, & illa.

### R E S O L V T I O.

*Adæ immortalitas, vt habet esse cum gaudio: & ea, quæ resurgentium erit, est eadem, sed alterata. Hinc quatuor differt modis: quantum ad modum: quantum ad causam, quantum ad perfectiōnem, & quantum ad locum.*

C

RESPONDEO dicendum, quod prima tria argumenta videntur omnino manifestè concludere, qd immortalitas innocentia, & resurgentium nō sit eadem: tum quia immortalitas hæc, & illa est alia, & alia. quia immortalitas innocentia est posse non mori: immortalitas vero resurgentium est non posse mori. Multum enim differunt, & multum diuersificantur posse non mori, & non posse mori: tum etiam, quia non per idem, sed p aliud, & aliud est immortalitas hæc, & illa. quia in innocentia fuit immortalitas per originalem iustitiam; resurgentium vero erit per gloriam. cū & tertio: quia deinceps iuisset translitus ad aliam, si Adam non peccasset. Sed nunquam est enim trāitus de eodem in idem, sed de alio in aliud, iuxta illud Grego. Mutari enim, de alio in aliud ire est. Sed has rationes non est difficile soluere. Nā posse non mori, quod fuit in statu innocentia, & nō posse mori, quod erit in statu gloria: non dicunt aliam, & aliam immortalitatem, sed dicunt unam, & eandem habitam imperfectè, & perfectè. In utroque enim statu iuisset eadem immortalitas, i.eadem perpetua coniunctio animæ, & corporis, sed in statu innocentia erat immortalitas illa imperfecta, quia poterat Adam peccare, & per peccatum tolli, in statu gloria erit perfecta, quia beati non poterunt peccare, & non poterunt per peccatum immortalitatem perdere.

Quod vero addebatur de originali iustitia, & de

immortalitas innocentia, & rectiōnis quod diffi-  
rant.

de gratia consummata: non arguit, quod sit alia, & alia immortalitas una, quam alia, quia utraque est perpetua coniunctio animae cum corpore, tamen ex alia, & alia causa. Erat enim haec immortalitas in statu innocentiae per originalē iustitiam, sed erit in statu gloriae per gratiam consummatam.

Quod ulterius addebatur tertio, quod non sit ab eodem in idem: immo patet, quod potest esse transitus ab eodem in idem: dum tamē unū sit perfectum, & aliud imperfectum, ut de imperfecte calido itur ad perfecte calidum: sic de immortalitate imperfecta, quae erat in statu innocentiae, transiit Adam, si non peccasset, ad immortalitatem perfectam, quae erit in statu gloriae. Vt ergo haec manifestius appareant; dicemus, quod semper videndum est de re aliqua quid importetur per eam, ut quid importetur per mortem, & quid per immortalitatem.

**Tom. I.**  
Mors, & immortalitas  
quid.  
  
Cum ergo secundum Aug. 3. Confes. i. Deus sit uita animae: Et cum anima sit uita corporis: nihil est aliud mors animae, nisi separatio animae a Deo: & nihil est aliud mors corporis, nisi separatio eius ab anima, erit ergo immortalitas corporis, & per consequens immortalitas hominis, ut est compositum ex anima, & corpore perpetua coniunctio animae cum corpore. Potest enim mors corporis fieri multis de causis, & multis modis, sic & immortalitas hominis, vel corporis potest fieri multis de causis, & multis modis: tamen semper erit idem hoc, & illud, ut qualitercumque separatur anima a corpore, dicitur homo mori: & qualitercumque sit semper coniuncta, dicitur immortalis. Quantū ergo ad mortem istam, quae est in statu miseriae, possimus assignare triplicem modum, & multiplicem causam mortis. Est enim in morte triplex modus, sicut tripliciter extinguitur candela, vel per violentiam, ut per ventum: Vel per suffocationem, ut si apponatur cornu: vel aliud concavum super ipsam, ut non possit exhalare: Vel per consumptionem humidi, ut olei, vel cerei. Sic tripliciter moritur homo, vel per violentiam, ut per truncationem capitis, vel per aliam violentiam, seu per suffocationem, quia suffocatur cor non valens respirare, vel per consumptionem humidi radicalis, licet ista consumptio, quantum ad aliquid sit alio modo, quam consumptio olei in lucerna. Et quantū ad aliquid sit eodem modo, sed hoc est longum pertractare. Et licet sint assignati tres modi mortis, tamen unus, & idem illorum modorum potest fieri multis de causis: ut potest quis mori suffocatus, vel suspendio, vel morbo, vel ad littora per suffocationem aquae. Nam ideo moritur quis per suspendium, quia suspensus non valens resipire, suffocatur cor: & morbo, ut plurimum moritur, quis suffocatus, quia materia morbi accedit ad cor, & suffocat ipsum. Diximus autem hoc esse, ut plurimum, propter thyficos, qui moriuntur ex consumptione humidi, sicut moriuntur senes. Et quāvis sit in hoc aliqua similitudo mortis thyficos, & senum: magna tamen est differentia mortis horum, & illorum, sic etiam mortui sub

Mortis mo  
di tres.

Mortis vni  
modi cause  
multæ.

Morit  
quis  
ut pluri  
num  
per suffoca  
tionem.

Thyficus  
quonodo  
mortiatur.

Aquis ex suffocatione moriuntur, quia ut non possunt respirare, suffocatur cor quibuscumque tamē de causis fiat mors, hoc tamen formaliter erit: Mors separatio animae a corpore. Potest ergo esse una mors ex una causa, & alia per alium modum, quam alia, & magis cito, vel magis tarda, quam alia; tamē mors per se, & essentialiter semper dicet unum, & idem, videlicet separationem animae a corpore: & quod dictum est de morte, possumus dicere de immortalitate, ut sicut mors potest fieri multis modis, & multis de causis: & potest una esse magis cito, & alia magis tarda: sic & immortalitas potest habere esse pluribus modis, & pluribus de causis. Et quod dicebamus de morte, quod una potest esse magis cito, & alia magis tarda; dicemus de immortalitate, quod una potest esse imperfecta, & alia perfecta: tamē sicut nomine mortis semper importatur idem, ut separatio animae a corpore; sic nomine immortalitatis semper importatur idem, ut perpetua coniunctio animae cum corpore.

Cum ergo queritur: Utrum fuerit eadem immortalitas innocentiae, quam habuit Adam, cum immortalitate resurgentium, quam omnes expectamus per Christum; Dicemus, quod una immortalitas differt ab alia quantum ad modum, quantum ad eam, & quantum ad esse imperfectum, & perfectum, ut immortalitas innocentiae fuit per hunc modum, quia Adam poterat non mori. Sed immortalitas resurgentium erit per alium modum, quia resurgentem non poterunt mori. Secundo immortalitas haec, & illa habet esse per aliam, & aliam causam. quia causa immortalitatis innocentiae fuit originalis iustitia Causa immortalitatis resurgentium erit gratia consummata, sive gloria. Differt, & tertio immortalitas haec & illa secundum esse imperfectum, & perfectum. Quia immortalitas innocentiae erat imperfecta, erat enim posse non mori, cum quas ab etiam posse mori. propter quod illa immortalitas habebat aliquo modo mortalitatem admixtam. Quia licet esset immortalitas ex eo, quod Adam poterat non mori, poterat etiam dici mortalitas ex eo, quod poterat mori: & ex hoc erat immortalitas imperfecta. ut sicut est aliquid imperfecte calidum, quia habet aliquid admixtum de frigido: sic tamē est aliquid immortale imperfecte, quandiu habet aliquid admixtum de mortalitate. Erat ergo illa immortalitas innocentiae imperfecta propter admixtionem mortalitatis. sed immortalitas resurgentium erit perfecta propter expoliationem, & separationem ab omni mortalitate quia resurgentem ita poterunt non mori, quod nullo modo poterunt mori.

Dauertendum tamen, quod hic accipitur immortalitas non quocumque modo, sed ut habet esse cum gaudio, quia immortalitas resurgentium, ut extendit se ad omnes, habebit esse ex cessatione motus cœli: sed, ut habet esse cum gaudio, ut in beatissimis, sic erit per gratiam consummatam, vel per habitum gloriae. Tamen immortalitas ex quacunque causa, & quocumque modo esse habeat, est perpetua coniunctio animae, & corporis: sive sit hoc cum gaudio

immortalitatis modi  
causa, & spe  
cies.

immortalitatis  
cœli, & spe  
cies.

Mors dāna-  
torum im-  
mortalitas  
dici potest.  
Apoc. 9.

Damnato-  
rum pēna  
eū mors  
dicatur se-  
cunda.

dio, ut erit in beatis, siue cum pœna, ut in damnis. A sicut semper dicitur immortalitas perpetua coniunctio animæ, & corporis, ex quibus constituitur homo. Verum quia ex modo loquendi nostro cōiunctio animæ, & corporis cum pœna dicitur immortalitas, quia sic existentes immortales magis vellent mori, quam vivere, & querent mortem, & non inuenient. ideo illa immortalitas mors vocari posset.

B Qui ergo vellet ipsum gaudium beatorum vocare immortalitatem, recte diceret, q̄ vere erit, immortalitas ex coniunctione eius cum Deo, qui est vita ipsorum. sicut pœnam damnatorum vocamus mortem propter separationem eorum à Deo, qui si fuissent boni, fuisset ipsorum vita, esse cum Deo. Vnde in Scriptura sacra, pœna dānatorum, siue sit animarum separatum, siue cōpositorum, appellatur mors secunda; ut mors primò sumpta (ut communiter loquuntur homines de morte) sit separatio animæ à corpore, sed ex hoc primo modo loquendi uenit secundus modus, ut dicatur mors separatio animæ à Deo, loquendo ergo primo mō: eadē fuit immortalitas innocētiæ cū immortalitate, q̄ erit resurgentium, differens tripliciter, ut dictum est, quantū ad modum, quantum ad causam, & quantum ad perfectionem. Possimus autem assignare, & quartam differentiam quātum ad locum, quia illa immortalitas Adæ fuit in Paradiso corporali; immortalitas resurgentium erit in Paradiso spirituali, ut in ipso Deo.

### D V B. I. L A T E R A L I S.

*An ad tres Status omnes modales propositiones possint adaptari. Conclusio est affirmativa.*

Idque duobus modis.

C **V**ITERIVS fortè dubitaret aliquis, q̄a videretur, quod propositiones modales sint propriæ illis tribus statibus: videlicet innocentia, miseria, & gloria, quia in statu innocentia, poterat homo mori, & nō mori, in statu gloriae impossibile erit mori: in statu miseriae necesse est mori. Ad hos ergo tres status uidentur adaptari omnes modi modalium propositionum. Ideo queritur quomodo fieri habeat. Dicendum, q̄ cum quatuor sint modi modalium, & quilibet habeat quatuor propositiones, si loco esse ponatur mori, duo modi modalium cum suis propositionibus competit statui innocentia. Tertius modus statui gloriae. Quartus statui miseriae. In statu enim innocentia, prout Adam potuit mori, competit sibi propositiones primi modi. Prout potuit non mori. Competunt sibi propositiones secundi modi. Sunt autem propositiones primi modi. Possibile est esse, contingit esse, Nō impossibile est esse, Nō necesse est esse. Si ergo p̄ esse ponat mori, prout Adæ potuit mori, omnia ista possunt dici de ipso. Nam secundū

modales p̄  
ositiones  
natuer vi  
ii z. 1er-  
term. c. 3.

### Ques. II.

A illum statum verificatur hoc modo de Adam, q̄ possibile est mori, q̄ contingit mori, q̄ non impossibile est mori, q̄ non necesse est non mori. Propositiones ergo secundi modi verificabantur de Adam, prout poterat non mori. Sunt autem propositiones secundi modi: Possibile est non esse, Cōtingit non esse, Nō impossibile est non esse, Non necesse est esse. si ergo loco esse ponatur mori, omnia ista verificabantur de Adam, prout poterat non mori, quia hoc modo possibile est ipsum non mori, contingit non mori, non impossibile est non mori, non necesse est mori. Tertius autem modus modalium cum suis propositionibus competit statui gloriae. sunt autem propositiones tertij modi. Non possibile est esse: Non cōtingit esse, Impossibile est esse, Necesse est non esse. Si ergo esse ponatur pro mori, ista verificabuntur de quolibet homine in statu gloriae, quia quilibet hominem non possibile est mori, nō contingit mori, impossibile est mori, necesse est non mori. Quartus vero modus cum suis propositionibus adaptabitur ad statum miseriae. sunt autem propositiones quarti modi: Nō possibile est non esse, Contingit non esse, Impossibile est nō esse, Necesse est esse. Si loco ergo esse ponatur mori, verificabuntur omnia hęc de quolibet homine in statu miseriae, quia quemlibet hominem nō possibile est non mori, non contingit non mori, impossibile est non mori, necesse est mori.

D Possimus & alio modo adaptare istos modos modalium ad prædictos tres status, ut loco esse non ponatur mori, sed loco esse ponatur super esse. Secundum quem modum duo primi modi modalium competit statui innocentia, sed nō eodem modo sicut prius. Et alij duo modi competit alijs duobus statibus, sed non eodem modo, sicut prius. statui ergo innocentiae adaptabantur duo primi modi, ut Primus adaptabatur illi statui, prout Adam poterat mori. Secundus prout poterat non mori. Nunc autem econuerso, ut si pro esse accipiatur semper esse; Primus modus competit statui innocentiae, prout Adam poterat non mori: Et Secundus prout poterat mori. Prout ergo Adam poterat non mori, verificabuntur de ipso propositiones primi modi, ut si accipiatur pro esse, semper esse; Dicemus possibile est Adam semper esse, contingit semper esse, nō impossibile est semper esse. Sed prout Adam poterat mori verificabuntur de eo, hoc modo propositiones secundi modi; dicemus, q̄ possibile est Adam non semper esse, contingit non semper esse, non impossibile est non semper esse, non necesse est semper esse. Alij vero duo modi modalium verificabuntur de alijs duobus statibus, sed non eodem modo, quia quando loco ipsius esse accipiebamus tertium modum mori, adaptabamus ad statum gloriae, vbi impossibile est hominem mori: & quartū modum ad statum miseriae, vbi necesse est hominem non mori. Sed si volamus loco esse accipere semper esse, fieri adaptatio econuerso, quia tertius modus cum suis propositionibus adaptabitur ad statum miseriae; & quartus

tus ad statum gloriae . de quolibet enim homine in statu miseriae dicere possumus q̄ non possibile est semper esse , non contingit semper esse , impossibile est semper esse , necesse est non semper esse , quæ sunt propositiones tertij modi . Quartus vero modus adaptabitur ad statum gloriae , quia de quolibet homine dici poterit , q̄ non possibile est non semper esse , non contingit non semper esse , impossibile est non semper esse , necesse est semper esse , quæ sunt propositiones quarti modi .

## DVB. II. L A T E R A L I S.

*An tres hominis status dupli sufficientia sumantur . Conclusio est affirmativa .*

Hominis  
tres status.

**V**ITÆ RIVS fortè dubitaret aliquis , quomodo accipiūtur illi tres status . Dicendum , q̄ cū p̄ mori , & non mori accipiātur omnes tales status : cum mori , & non mori sint contraria , quia in uno necesse est mori , in alio impossibile est mori : & necesse , & impossibile , vt dictum est , opponuntur contrariæ ; vñ & idem iudicium est de istis tribus statibus , sicut est de quibuslibet alijs contrarijs . Vtputa de calido , & frigido , dulci , & amaro , albo , & nigro . Nam semper contraria , vel tenent extremum , vel tenent medium . Si tenent extremum , tunc sunt impermixta . Si tenent medium , tunc sunt mixta . Vt ergo sunt duo extrema , & impermixta , sic considerantur contraria secundū se . Si verò considerantur mixta , sic est medium quod participat de vtroq; : vt si accipientur contraria , calidum , & frigidum ; tunc tepidum erit medium ; quod participat de vtroque , sed dulce , & amarum habent medium , & erit aliquis sapor , qui sapit naturam vtriusq; . Vtrum autem sint multi talis saporem medij nihil ad propositum . Et in coloribus etiam sunt colores extremi , vt album , & nigrum : & color medius , qui participat naturam vtriusq; . Sic eodem modo erit in stiribus , est dare status extremitas , & statum medium participantem naturam vtriusq; . Status ergo extremitas sunt contrarij omnino , vt status beatitudinis , siue gloriae , & status miseriae : & quia hi sunt omnino oppositi , opponuntur enim quantum ad appetitum , quia quilibet de necessitate vult esse beatus , & de necessitate nullus vult esse miser . Et quādū ad esse , q̄a in uno statu necesse est sp̄ esse , in statu istius miseriae impossibile est semper esse , & quia necesse , & impossibile in modalibus opponuntur contrariæ , ideo isti status sunt contrarij , & extremiti . Si etiam ipsos duos status volumus comparare ad mori , etiam opponuntur contrariæ . Status autem medius inter istos extremitas est status innocentiae , vbi homo poterat mori , & participabat in hoc aliquid de statu miseriae , & poterat non mori : & in hoc participabat aliquid de statu gloriae , & quia non est dare , nisi extrema , & medium , non est dare nisi tres status .

Vel possumus dicere , q̄ omnes isti status non differunt , nisi , prout posse mori aliter , & aliter

A potest comparari ad negationem . quod non nisi quadrupliciter fieri habet . quia ad hoc , quod est posse mori , potest esse negatio nullo modo apposita . Secundo potest esse negatio ad posse solum postposita . Tertio potest esse negatio præposita . Quarto potest esse negatio præposita , & postposita . Duo primi modi pertinent ad statum innocentiae , quia verum erat Adam tunc posse mori , vt ad posse mori nulla erat negatio apposita . Et verum erat Adam tūc posse non mori , vt ad posse sit negatio solum postposita . In statu gloriae erit solum præposita , quia tunc verificabitur nō posse mori . In statu autem huius miseriae est negatio præposita , & postposita . quia nunc verificatur non posse non mori , & cum pluribus modis non possit se habere negatio , ad hoc , quod est posse mori , oportet esse tantummodo tres status .

B Hac autem sufficientia statum declarat primum . quia status habens negationem præpositam ad posse , vbi erit non posse mori , omnino excludit mortem ; qui est status gloriae . Status vero habens negationem hoc modo præpositam , & postpositam , vbi est non posse non mori , quod est idem , quod necesse mori , omnino includit mortem , & hic est status miseriae , qui duo status sunt omnino extremitas , & contrarij . Status vero innocētiae tanquam status medijs , & participans cum extremitis , vel habens negationem nullo modo appositam ad posse respectu mori , quia verificabatur de Adam posse mori , & in hoc conueniebat cum statu miseriae . Habebat etiam ille status negationem solum postpositam , quia verificabatur de Adam posse non mori , in quo habebat Adam conuenientiam cum statu gloriae . Sunt ergo duo status extremitas , & unus medius participans cum vtroq; , vt superius dicebatur .

## R E S P. A D A R G. A R T. IIII.

Ad argumenta autem dicendum , q̄ tria argumenta prima sunt iam soluta . Ad quartum autē argumentum de impossibilitate dici potest , q̄ nō arguit argumentum q̄ non sit eadem immortalitas hęc , & illa , sed q̄ vna est imperfecta , & ratione suę imperfectionis compatitur secum aliquam possibiliteratem , etiam loquendo proprio de possibiliterate : & talis est immortalitas innocentiae . Alia vero , vt immortalitas gloriae , quae erit perfecta D rotione suę perfectionis , talem possibiliteratem se cum non compatietur . ergo non arguit argumentum , q̄ sit immortalitas alia , & alia , sed q̄ est vna , & eadem se habens sicut imperfecta , & perfecta .

Argumenta verò in Contrarium gratia conclusionis collaudauimus .

### Dubitatio I. Litteralis.

**S**UPER litteram licet multa sint dicta de illis tribus statibus ; tamen adhuc posset , quis vterius dubitare de eis . Vtrum in illis tribus statibus habeat esse omnes oppositiones , quæ sunt : Contraria , subcontraria ,

Oppositio-  
num gene-  
ra quatuor  
in tribus ho-  
minum sta-  
tibus .

Subcōtrariæ: Cōtradictoriæ, & Subalternæ: secū dum q̄ illi status comparantur ad mortem, & immortallitatem. Dicendum, quod status gloriæ negat vniuersaliter mortem, quia cum ibi sit impossibile mori, cum ex hoc excludatur mors vniuersaliter, erit ibi nullo modo mori: quia respectu mortis est uniuersalis negatiua, status autem huius miseriae affirmat mortem uniuersaliter, quia cum hoc sit necesse mori, oportet, q̄ hoc sit omnino mori. Existens ergo in gloria nullo modo potest incurrire mortem, & est ibi nullatenus mori. Existens autem in hac miseria nullo modo potest euadere mortem, ut sit hic uniuersalis affirmatiua respectu mortis, quæ est omnino mori. Status autem innocētiæ medius respectu mortis continet particularem affirmatiuam: inquantum Adam poterat mori, quod est quodammodo mori. Et particularem negatiuam, inquantum Adā poterat non mori, quod est quodammodo non mori. Status gloriæ ubi mors uniuersaliter negatur, & status miseriae, ubi mors vniuersaliter affirmitur, opponuntur contrariæ, quæ nunquam sunt simul uera, sed possunt esse simul falsa. Simul enim falsificabantur in Adam, de quo nec verificabatur nullatenus mori, vel impossibile mori, quod est in statu gloriæ. Nec omnino mori, uel necesse mori, quod est in statu miseriae. Falsificabantur ergo ambo ista contraria in Adam, verificari autem nec in eo, nec in aliquo alio simul possent.

Oppositiō ergo contraria est in illis duobus statibus extremis, sed oppositiō subcōtraria, quæ est quodammodo mori, & quodammodo non mori, verificabatur in statu innocētiæ. Nam cū Adam posset mori, erat quodammodo mortalis: & cum posset non mori, erat quodammodo immortalis, propter quod erat in illo uno, & eodem statu oppositiō subcontraria: & quia subcontraria habent legem oppositam contrarijs, quia possunt simul verificari, sed non simul falsificari; simul verificabantur de Adam subcontrariæ opposita, sed nec de eo, nec de alio possunt simul falsificari.

Postquam assignauimus in præfatis statibus oppositionē contrariam, & subcontrariam, leue est assignare in eis contradictoriā, & subalternā. Nam prout in statu innocētiæ erat particularis affirmatiua, quia Adam potuit mori, & erat quodammodo mortalis, opponebatur ex hoc statui gloriæ, vbi respectu mortis est vniuersalis negatiua contradictoriæ: sed in statu miseriae respectu mortis vniuersalis affirmatiua, opponebatur subalternæ, quia sicut nullatenus mori, & quodammodo mori, opponuntur contradictoriæ, sic omnino mori, & quodammodo non mori, opponuntur subalternæ, sed prout in statu innocētiæ verificabatur particularis negatiua, quia prout Adam poterat non mori, erat quodammodo immortalis, hoc modo ad præfatos extreemos status habet se status innocētiæ modo conuerso. Nam statui gloriæ opponitur subalternæ: statui miseriae contradictoriæ. Nam

A nullatenus mori, quod est in statu gloriæ, & quodammodo non mori, quod verificabatur in statu innocētiæ, opponuntur subalternæ, sed omnino mori, quod est in statu huius miseriae, vel posse non mori, vel quodammodo non mori, opponuntur contradictoriæ, vt omnia genera oppositionum per respectum ad mortem in illis tribus statibus modo, quo diximus, sint reperta.

### Dubitatio II. Litteralis.

Vlterius fortè dubitaret aliquis de eo, quod dicitur in littera, q̄ Adam erat immortalis, & Adam quod in statu inno centiæ poterat etem mortalitatis, & immortalis.

B Dicendum, q̄, vt patuit supra, ista sunt opposita subcontrariæ, & Magister in littera non asserit simpliciter, q̄ Adam fuerit mortalis, & immortalis, quia poterat mori, & non mori, & cum hæc opponantur subcontrariæ, quæ possunt esse simul vera, non autem simul falla, non est inconueniens ea simul esse verificata in Adam

### Dubitatio III. Litteralis.

Vlterius fortè dubitaret aliquis de eo, quod dicitur in littera, q̄ in primo statu fuit corpus hominis animale.

Sed contra: Cum homo sit animal, & genus semper prædicetur de specie, sicut in omni statu verificatur, q̄ homo est animal; sic in omni statu videtur verificari, q̄ homo sit res animalis, & q̄ corpus eius sit quid animale.

C Dicendum, q̄ secundum Philosophum, contra Genus non rationē generis est, q̄ prædictetur denominatiuē. prædicatur denominatiuē de specie. Top. 2. loco 1.

Prædicatur enim genus de suis inferioribus essentiāliter, & prædictio essentialis est opposita prædicationi denominatiuē, cum ergo homo sit animal essentialiter, animal denominatiuē esse non poterit, sumpto vtroq; eodem modo. Dicemus ergo q̄<sup>\*</sup> animal, vt prædicatur de homine denominatiuē, nominat hominem, prout conuenit cum brutis iuxta illud Apostoli: \* Animalis homo non sapit, quæ Dei sunt. Sed homo cum brutis potest conuenire dupliciter, vel quantum ad naturalia, quia eget alimentis, sicut & bruta, & sic erat animal in primo statu. Vel potest dici homo animal non solum quantum ad uitam naturalem, per quam indiget cibis, sed etiam quātum ad uitam voluptuosam, per quam assimilatur iumentis insipientibus: quæ animalitas nec fuit in statu innocētiæ, nec erit in statu gloriæ, sed potest esse in statu huius miseriae, animal ergo, quod est genus, competit homini in omni statu, sed animalitas secundum naturalem indigentiam, quantum ad cibos, poterat sibi competere in statu innocētiæ, sed non competenter sibi in statu gloriæ. Animalitas vero voluptuosa sibi cōpetere solum in statu huius miseriae.

### Dubitatio IV. Litteralis.

Vlterius fortè dubitaret aliquis de eo, quod dicitur

<sup>\*</sup> Animal de hoc quod modo dici potest denominatiuē.

<sup>\*</sup> Apost. 1. Cor. 2.

*Corpus hu-* dicitur in littera, q̄ corpus propter peccatum  
manū quo mortuum est, qđ quidam exponūt, q̄ statim Adā  
dicit mortuum pro- peccate poterat dici mortuus, quia statim incēpit  
peccatum. continuē deficere, vſq; quod fuit mortuus.

Q̄od quidam improbat tripliciter, primo, quia nullus motus est continuus, n̄i motus localis, & ideo sicut motus augmenti non est continuus, n̄i aliquis sic successiue augmentetur, q̄ non sit dare tempus quantumcunq; modicum, in quo non augmentetur, est incōueniens ponere. hoc enim est cōlum in motu locali, vt patet per Philosophum. Quandiu enim durat motus localis, non est dare tempus, quantumcunq; modicum, in quo non sit aliquid de illo motu, sed in alijs motibus semper est dare aliquam interpolationem. Vt si gutta cauat lapidem, non semper quālibet gutta accipiet aliquid de illo lapide, sed post primam guttam venit secunda, post secundam tertia, & sic deinceps, postea vltima gutta in virtute omnium præcedentium aliquid removet de illo lapide. Vt si vltterius per guttas cauati debeat ille lapis, non quālibet gutta cauabit ipsum, sed fortè centum, vel plures cauabunt ipsum, nec illæ centum sic se habebunt, q̄ quālibet cauet, sed vltima cauabit in virtute omnium præcedentium. Sic & in proposito non continuē deficit homo, sed est aliqua interpolatio in huiusmodi defectu.

Præterea dicunt contradictam expositionem, q̄ nihil mouetur simul motibus contrarijs, sed semper inter duos motus cōtrarios est dare quietem medium, cum ergo corpus humanum etiam in statu huīus miseriae vſq; ad certum tempus perficiatur, vtputa vſq; ad. 25 annos secundum communem modum hominum, quamvis aliqui citius, aliqui tardius hoc peragant, sed postquam est pfectū incēpit declinare, & ire ad seniū, & ad mortem, q̄ inter istos duos motus contrarios nō sit quies media, vt dicunt, est inconueniens. ergo est ibi alia interpolatio, vt non dicatur ex hoc corpus mortuum, quod cōtinuē vadat ad mortē. Præterea, vt dicunt, dato, q̄ sic esset, non deberet dici corpus mortuum, sed deberet dici mori, & semper mori, donec esset mortuum.

Sed improbare dictam expositionem, vt dicatur corpus mortuū, quia quotidie vadit ad mortem, est improbare dicta Sanctorum. Sic enim ait Aug. 9. super Gen. quid enim aliud nō dicā nati, sed omnino concepti, n̄i ægritudinem quādam inchoamus, qua sumus sine dubio morituri. Videlicet tam necesse est, q̄ sit cum ipso morbo mortitus hydropticus, vel disentericus, vel elephantinosus factus, quām eum, qui hoc corpus habere cōperit. Morbus ergo, cum quo sumus concepti, magis necessitat nos mori, quām aliquis alias morbus, vt per ipsum cōtinue tandemus ad mortem, & ex hoc temporalis vita magis dicenda est

*Homilia v-* mors, quām vita. Quod concordat cum Greg. di-  
*nus Marti-* cente: Ipsa temporalis vita, æternæ vite cōpara-  
ta mors est potius dicenda, quām ipse quotidianus defectus corruptionis nihil est aliud, quām quādam prolixitas mortis, nec reprobamus ex

A hoc illum modum exponendi, q̄ corpus propter peccatum dicitur mortuum, quia habet necessitatem moriēdi, sed dicimus, q̄ Sanctorum verba hoc sonant, q̄ homo quandiu viuit est in continuo defectu, & continuē vadit ad mortem, sicut quandiu est accensa lucerna, ignis continuē depascit oleum, & continuē lucerna vadit ad extinctionē. Quod si dicatur, q̄ ibi est aliqua interpolation, dicemus, q̄ non in consumptione olei, est etiam aliqua interpolation, quia ignis continuē calefacit oleum, & trahit ad se partem olei magis calefactam, quam consumit, faciendo ipsam euaporare, & resoluendo ipsam in subtilius corpus, quia in tali consumptione non est annihilatio, sed est in subtilius corpus resolutio. & licet tales consumptions sint cum aliquibus interpolationibus, quia prius calefit oleum, & calefactum attrahitur, quām euaporet per ignē, quia istæ interpolationes habent tempus perceptibile, quia quando patum deest, fin Philo-  
phū, intellectus accipit tāquā nihil istis interpolationibus non obstantibus, quia quasi fiunt in tē-  
pore in perceptibili, semper, & continuē dicit oleum consumi, quo consumpto, extinguitur lu-  
cerna, & semper dicitur humidum radicale con-  
sumi, quo consumpto, moritur homo.

*Ignis in lu-  
cerna quo  
cōtinuē o-  
leum cōsu-  
mat.*

*2. Phy. t. c.  
56.*

### Dubitatio V. Litteralis.

Vltterius fortè dubitaret aliquis de eo, qđ isti secundo addebat, q̄ semper inter duos motus contrarios est dare quietem medium. Dicendū, q̄ homo nascitur imperfectus, & perficitur eundo de infantia ad pueritiam, de pueritia ad adolescentiam, & de adolescentia ad ætatem virilem. Perfectus autem per ætatem virilem incipit declinare, & ire ad seniū. Vtrum autem sit dare medium, vel quietem mediā inter duos motus; Credimus, q̄ non, n̄i eo modo, quo nullus motus est continuus præter localem. sed istæ interpolationes ita sunt, cum homo vadat de imperfecto ad perfectum, vt de infantia ad pueritiam, & sic deinceps: sicut de perfecto ad imperfectū, vt de ætate virili ad seniū: & si dicatur ibi esse quies media; Illa quies erit ex imperceptione nostra, quia cum homo est perfectus, non statim percipit se deficere, sed videtur sibi per aliquid tempus stare in statu.

D Vel possumus dicere, q̄ statim cum infans est extra uterum, semper deficit usque ad mortē. Nā statim calidum incipit depascere humidum, & virtus nutritiva incipit restaurare deperditum. & quia plus restaurat in principio, quām sit facta deperditio, infans crescit, & augmentatur vſq; ad certum tempus, & postea non ulterius augmentatur, quia secundū Philosophum in de anima: Omnia natura constantium est certa ratio, & numerus eorum magnitudinis, & augmenti. & licet illo tempore augmenti natura plus restauret, quām sit deperditum, quantum ad quantitatem; non tamen restaurat purius, & melius. Immo imputius, & peius quantum ad qualitatem vt hoc modo statim homo incipiat deficere, vt semper

semper calor pascat purius, & restauretur impurius: donec sit ita impurum, quod, ut supra diximus, non potest ulterius facere opus, & ex hoc compelletur anima a corpore separari. Non ergo debemus imaginari, quod per omnem modum semper eatur de imperfecto ad perfectum, & postea econuerso redeatur ad imperfectum, quia licet hoc posset tolerari secundum quantitatem, vel molis, vel virium quia crescit corpus secundum quantitatem molis, & crescere corpore crescent vires, tamen secundum qualitatem, & puritatem perdeuntur semper incipimus deficere, a principio nativitatis nostrae usque ad senium, ut hoc modo non dicantur duo motus contrarii, sed unus motus continuus eo modo, quo potest esse continuus.

### Dubitatio VI. Litteralis.

**V**lterius fortè dubitaret aliquis de tertio eorum verbo, quod dato, quod sic esset, ut ipsi dicunt, quod semper continuè deficeremus, non tamè propter hoc corpus nostrum deberet dici mortuum, sed mori, vel mortale. Dicemus secundum Aug. quod cum Apostolus dicat de corpore nostro, quod propter peccatum est mortuum, & non dicat, quod sit mortale: magis debemus dicere, quod sit mortuum, quod mortale, quod dictum concordat cum dicto Philosophi volentis, quod propositiones de contingentibus, siue de possibili conuertuntur in oppositam qualitatē, ut si hæc est vera: A contingit esse B, erit vera secundum oppositam qualitatem, quod A contingit non esse B. Si ergo hæc est vera: Corpus nostrum est mortale id est potest mori, erit: hæc vera Corpus nostrum est non mortale, id est potest non mori. Et quia hoc verificabatur in statu innocentiae, non autem in statu misericordie: ideo in statu innocentiae poterat dici corpus Adæ mortale, quia poterat mori, & quia hec propositione etat de possibili, siue de contingentibus, conuerteatur in oppositam qualitatē, ut diceretur corpus eius non mortale, id est potens non mori, sed cum hoc non sit in statu misericordie, magis debet dici corpus mortuum, quam mortale, quod duplicitate potest dici mortuum. Vel propter continuum defectum, per quem semper tendit ad mortem, vel propter necessitatem moriendi, quo posito, non dicitur mortale id est possibile mori, quia tunc esset possibile non mori, quod non est verum, quia est necesse mori.

### Dubitatio VII. Litteralis.

**V**lterius fortè dubitaret aliquis de eo, quod ait littera, quod immortalitas erat Adæ ex ligno vita, quod videtur fallum, cum nullus esus ciborum faciat hominem immortalem. Dicendum, quod lignum vita, ut dicebatur, dabat immortalitatem Adæ non absolute, & simpliciter, ut patuit per Aug. 8. super Gen. sed per latentem operationem diuinam, quam operabatur Deus cum ligno, vel per lignum vitam. Vel possumus dicere, quod simpliciter non fuisset immortalitas Adæ ex ligno vita, sed

A hoc erat ei ex iustitia originali, quod erat donum supernaturale sibi a Deo collatum, per quod donum erat ita purum, quod restaurabatur per alimentum, sicut quod erat perdegitum per calorem naturalem depascentem humidum, in quo stat tota causa nostræ mortis naturalis, quia semper perdegitur in nobis, quod est purum, & restauratur non ita purum. Ad id vero, quod dicitur in Gen. Ne sumus de ligno vita &c. sufficienter superius est responsum.

## D I S T. XX.

### De primorum Parentum duracione, & conseruatione quod auctum ad filiorum procreationem.

B



**O**ST HAEC videndum est. Postquam Magister determinauit de statu primorum Parentum quantum ad seipso, hic determinat de eis quantum ad procreationem filiorum. Circa quod duo facit, quia primo continuat dicta dicendis dicens, quod post hoc videndum est qualiter primi Parentes procreaverint filios, si non peccassent, & qualiter filii nascerentur ex eis. Secundo exequitur de proposito ibi: [Quidam putant &c.] Circa quod duo facit secundum, quod duo proposuit. Nam primo declarat qualiter generaliter primi parentes si non peccassent. Secundo ostendit quales fuissent filii generati, ibi: [si uero quaritur, qua es] Circa primum tria facit, quia primo ostendit qualiter primi parentes generaliter, quia hoc fecissent per carnalem copulam. Secundo dat causam, quare in Paradiso non fuerunt carnaliter copulati. Tertio, quia post aliquem terminum temporis, si non peccassent, ipsi & filii sui fuissent translati ad meliorem vitam. D inquit quomodo hoc fuisset, Secunda ibi: [Cur ergo non cohererunt] Tertia ibi: [De termino vero temporis.] Tunc sequitur illa pars: [Si vero quaritur, quales,] in qua declarat quales fuissent filii ex eis generati. Circa quod duo facit, quia primo inquit quales fuissent quantum ad corpus. Secundo quales fuissent quantum ad animam, ibi: [Et cum de corpore] Circa primum duo facit, quia primo facit quod dictum est. Secundo circa praetacta mouet quasdam questiones ibi: [Ad hoc autem opponitur] Circa primum tria facit, quia primo declarat quales fuissent filii secundum patrem corporis. Secundo quales fuissent quantum ad usum membrorum, & adducit quasdam verba Aug.

**A**ug. circa hoc dubiè loquentis: Vtrum statim natū filij haberent membrorum vsum, sicut plura animalia hoc habent. Tertio declinat ad illam partem, quod nati fuissent parvuli, & non habuissent statim membrorum vsum. quia non fuisset hoc eis ex vitio, sed ex natura. Secunda ibi: [Et si per hoc Aug.] Tertio [Sed cum Aug.] Tunc sequitur illa pars: [Adhuc autem opponitur.] Circa quam mouet quafdam quæstiones, & tria facit, quia primo querit: Vtrum primi parētes, vel filii potuissent viuere sine alimētis, & dicit, quod non, quia hoc faciendo peccassent, & fecissent cōtra rationem. Secundo querit: Vtrum in illo statu fuisset famēs, & respondit, quod non. quia per sumptionem alimenti præuenissent tempus famēs. Tertio addit, quod in illo statu poterant hominis indigere cibis, quia hoc non est ex vitio, sed ex natura. Secunda ibi: [Item opponitur] Tertia ibi: [sicut ergo non ex vitio.] Tūc sequitur illa pars: [Et cum de corpore,] in qua querit, quales fuissent filii quantum ad animam, & duo facit, quia primo querit quales fuissent quantum ad sensum, & cognitionem veritatis. Vtrum nati essent perfecti sensu, & intelligentia, vbi videtur velle, quod sicut nati fuissent parvuli corpore, ita fuissent nati imperfecti cognitione, & intelligentia. Et opponit, quod dictum est, & soluit. Secundo determinat de eorum transiū, quia post tempus aliquod translati fuissent ad meliorem vitā, ibi: [Tais erat huminis,] & in hoc terminatur sententia præsentis distinctionis.

Fames an  
statu inno  
centia.

## Q V A E S T. I.

*De modo, quo primi Parentes in statu innocentiae generassent.*



I c queritur de duobus principaliiter, Primo qualiter primi Parentes genera ssent. Secundo queritur, quales fuissent eorum filii, de quibus duobus agit Magister in hac Dist. Circa primum queruntur quatuor. Primo: vtrum in statu innocentiae fuisset generatio. Secundo: utrum fuisset generatio per carnalem copulam. Tertio: vtrum in illo statu per quamlibet carnalem copulam fuisset generatio factus. Quarto: vtrū in illa carnali copula fuisset tantā delectatio, quanta est nunc.

## ARTIC. I.

*An in statu innocentiae fuisset generatio. Conclusio est affirmativa.*

D. Th. 1.p.q.98.art.1. Et 2.sent.d.2.q.1.artic.1. Item lib. Phys.t.51.D.Bon.d.20.art.1.q.1.Alex.de Ales 2.p. q.94.art.1.Ric.d.20.q.1.Guil. Altis.lib. 2.sent.tracl.10.c.2.q.4.Dur.d.20. q.1.Th.Arg.d.20.q.1.art.1 Brul.d.20.q.1.

**D** P R I M V M sic proceditur: videtur, quod in statu innocentiae non fuisset generatio, quia secundum Dam. lib. 2. cap. vi. Sciens autem primus cognitor Deus, quod Adam sub transgressione fieret, & in corruptione caderet, fecit ex eo sc̄minam auxiliarem sibi: ergo propter hoc facta fuit sc̄mina in auxilium viti, quia Deus sciebat vitum peccatum: non ergo in statu innocentiae fuisset generatio.

Præterea idem Dam. li. 2.c.6.dicit, quod omne generabile est corruptibile. Cum ergo ibi non fuisset corruptio ante peccatum: ergo nec generatio.

Præterea, ut patet per Philosophum in generatione, non propter aliud data est generatio, nisi quia quod non potest perpetuari in eodem numero, perpetueretur in eadem specie. unde dicit Philosophus, quod reliquo modo cōplicuit Deus continuam faciens generationem &c.

Præterea eorundem secundum speciem eadem est multiplicatio, sed primi parentes non fuerunt per generationem producti: ergo nec eorum filii fuissent per generationem multiplicati.

**C** IN CONTRARIUM est. quia coniugium incēpit in ipso Paradiso, dicente Domino: Quod Deus coniunxit, homo non separat. Matt.9. Marci 10.

Præterea dicimus hominem esse ad imaginem Dei, quia ex uno homine erant processuri omnes alij homines, sicut ex uno Deo processerunt omnia alia. quia ergo magis fuisset homo imago Dei non peccando, quam peccando, & D per consequens multò magis processerent ab eo alij homines non peccando, quam peccando, quod nisi per generationem naturaliter esse non poterat.

## R E S O L V T I O.

*In statu innocentiae filiorum generatio fuisset diuina benedictione, Sanctorum multitudine, adiutorij datione, naturæ perfectione, bonique publici consecutione.*

RESPONDEO dicēdū, q̄ possumus qnq; rōnes assignare, quas oēs p̄babim⁹ p Aug q̄ fuisset Aegid. super ij.Sent. N gene-

generatio filiorum in Paradiso primis parentibus nō peccantibus. Prima quidē uia, vel prima ratio sumitur ex ipsa diuina benedictione. Secunda ex multiplicatione Sanctorum, siue electorum. Tertia ex collatione adiutorij, dati ipsi Adæ. Quarta ex perfectione naturæ existentis in primis parentibus. Quinta ex bonis, quæ oriuntur ex institutione Reipublicæ.

Matrimoniū benedictio an̄ pecatū.

Tomo 5.c.  
22.

Electorum  
multitudo  
an̄ fuit  
ante pecca-  
tum.

Apoc. 7.

Tomo 5.c.  
23.

Prima via sic patet: Nam vt habetur Gen. 1. Deus fecit hominem ad imaginem, & similitudinem suam masculum, & feminam creavit eos, & benedixit eis dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Cum ergo ista benedictio, data à Deo fuerit ante peccatum: et si nō peccassent, genuissent filios. Nam omnia verba prædictæ benedictionis non aliud sonant, q̄ generationē filiorum. Nam masculum, & feminā creauit eos. Ista enim distinctio sexuum, non nisi propter generationem facta est, postea expressè ibi subditur: Crescite, & multiplicamini, quod naturaliter, nō nisi per generationem fieri potest. Vnde Aug. 14. de Cuius Dei, hanc materiam pertractans ait: Nos autem nullo modo dubitamus s̄m benedictionem Dei: Crescite, & multiplicamini, & replete terrā: donum esse nuptiarum, quas Deus ante peccatum hominis ab initio constituit creando masculum, & feminam, qui sexus evidens vtiq; in carne est: huic quippe Dei operi etiam benedictio ipsa subsecuta est. Nam cum scriptura dixisset: Masculū, & feminam fecit eos. cōtinuò subdit: Et benedixit eos Deus dicens: Crescite &c.

Secunda via ad hoc idem potest sumi ex Sanctorum, siue ex electorum multiplicatione. Nam q̄ sancti, & electi Dei nō fuissent geniti, nisi Adā peccasset, & quod illa sancta Dei ciuitas, ubi est tanta multitudo Angelorum, fuisset defraudata multitudine Sanctorum, & electorum, nisi Adā peccasset: & q̄ peccatum Adæ fuerit directe cā illis innumerabilis multitudinis sanctorum electorum, de qua dicit Ioannes: Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat. Et omnino inconveniens ponere: immo hoc dicere videtur incidere in illam sententiam dicentium: Faciamus mala, vt veniant bona. Quorum damnatio secundum Apostolum iusta est. Hanc autem viam pertractat Aug. 14. de Cuius Dei dicens: Quisquis autem dicit non fuisse coituros, supple primos parentes, nec generaturos, nisi peccassent, quid dicit, nisi propter numerositatem Sanctorū, necessarium hominis fuisset peccatum. Si enim non peccado soli remanerent, quia, sicut putat, nisi peccassent, generare nō potuissent profecto, vt nō solum duo iusti homines esse possent, sed multi, necessarium peccatum fuit. & subdit, quod si hoc credere absurdum est: illud potius est credendum, quod Sanctorum numerus, quantus complendē illi sufficit beatissimæ Ciuitati, causatus existeret, etiam si nemo peccasset.

Tertia via ad hoc idem potest sumi ex collatione adiutorij dati viro à Deo. Nam non dedit sibi Deus in adiutorium masculum, sed feminam, quam non nisi ad adiutorium generatio-

A nis intelligimus datam esse. Possimus autem assi gnare quadruplex adiutorium, ut primum adiutorium generationis sit sola sc̄mina. Secundum posse fit adiutorium laboris, & tunc istud adiutorium non fuisset necessarium in primo statu. quia tunc homines non laborassent, & si fuisset agricultura, vt patuit per August. fuisset ad tolarium, non ad laborem. Dato tamen, quod fuisset viro datum adiutorium ad laborandum: melius adiutorium habuisset Adam, quo ad hoc per masculum, quam per feminam. Propter quod Deus de costa Adæ propter tale adiutorium potius formasset masculum, quam feminam. Tertium quidem adiutorium potest esse solatij, & collocationis, quia nullius sine socio videtur esse iocunda possessio. Si ergo fuisset

B datum Adæ adiutorium ad solatium, & ad collocationem, vt magis iocunde haberet possessionem Paradisi: istud etiam adiutorium melius fieret, per masculum, quam per feminam. quia duo viri dilectione, & charitate coniuncti magis delectantur ex mutua collocatione, si nulla habeatur intētio ad generationis actum, quam masculus, & feminina. Si autem addatur quartum adiutorium propter solatium sine rebellione, vt si dicatur non esse tantum solatium duorum virorum, quia unus potest rebellare alij: sufficiebat ad hoc, quod esset solatium sine rebellione, quod unus esset factus, vel creatus prius alio, quia semper posteriores habent in reverentia priores, & maximè si masculus factus in adiutorium fuisset factus de Adam, si

C ue de costa Adæ, sicut fuit facta Ena, quia tunc ille masculus fuisset productus de Adam. Consideremus ergo omnes modos adiutorij, & videbimus melius hoc fieri per masculū quam per feminam, præter solum adiutorium ad generationem. Ergo si Deus in adiutorium Adæ fecit feminam, & non masculum, vt testatur scriptura sacra, omnino censendum est, quod propter adiutorium generationis hoc factū fuit. & quia ista fuit ante peccatum, ideo si non peccassent generaliter. Totum autem hoc cum omnibus his membris pertractat Aug. 9. iuper Gen. aliquantulum post principium si cui ergo cureret icire Aug. verba in hac parte, recurrit ad dictum librum.

D Quarta uia ad hoc idem sumitur ex ipsa perfectione naturæ. Nam unumquodque secundum Philosophum perfectum est, cum potest sibi simile generare. Ergo cum in primis parentibus esset natura perfecta, quia Dei perfecta sunt opera, & cum non propter aliud sit distinctione sexuum; nisi propter generationem: primi parentes, cum essent perfecti generaliter, etiam si non peccassent. Sed non generaliter, sicut nunc homines generant. quia generantes in hac valle miseriae vident legem in membris suis repugnantem legi mentis tuæ, quam repugnantiam non sentissent primi parentes, si non peccassent. Et hanc viam tangit Augustinus iuper Gen. dicens: Cum ergo queritur, ad lib. 9. c. 11. quod

quod adiutorium sit factus ille sexus viro, dili-  
genter, quām valeo, cuncta consideranti, non nisi  
causa prolis occurrit, vt per eorum stirpem ter-  
ra impleretur, non eodem modo procreatam,  
quo nunc homines procreantur, cum inest pec-  
cati lex in membris repugnans legi mentis, etiam  
si per Dei gratiam virtute superatur. Addit etiā:  
hoc enim, id est contrarietatem legis esse non po-  
tuisse credendū est, nisi in corpore mortis, quod  
corpus propter peccatum mortuum est, propter  
hac autem verba Augustini clarè habetur intētū.

Respublica  
quid. Ex D.  
P. August.  
tomo 5.

Eth. Nich. 4  
& Magn.  
mora. 2. 2.  
Bonum in  
cōe redac-  
tum pul-  
chrius elu-  
cescit.

Quinta via ad hoc idem sumitur ex bonis, quē  
oriuntur ex institutione Reip. Nam, vt habetur  
in 2. de Ciui. Dei. Respublica est res populi. Po-  
pulus autem non est cōetus cuiuscunq; multitudinis, sed est cōetus, iuris consensu, & utilitatis  
communione sociatus. Et sunt hæc verba Sapien-  
tis. Si ergo non peccassent primi parentes, non  
fuisset ibi Respublica, nec fuisset populus, quia  
duo homines non fecissent populum. Priuatus  
ergo fuisset mundus tanto bono, sicut consurgit  
ex Respublica. Nam secundum Philosophum in  
principio Ethicorum, & si idem sit bonum gen-  
tis, & vniuersi, diuinius est bonum gentis, quām  
vniuersi. secundum etiam Boetium: Omne bonum  
in commune redactum pulchrius elucescit. Vt  
ergo bono gentis, siue bono totius populi cum  
suo decore, & pulchritudine non esset priuatus  
mundus, omnino censemendum est primos paren-  
tes genuisse, dato, quod non peccassent, & secun-  
dum hanc viam tangit August. 9. super Gen. di-  
cens: An verò ita quis cēcus est mente, vt non  
cernat, quanto terris ornemento sit genus huma-  
num, & quantum Valeat ordo reipublicæ in cuius-  
dam pacis terrena vinculum coercens etiam  
peccatores. Et subdit: Quis autē sit ita excors, vt  
putet minus terram ornari potuisse, si iustis non  
morientibus impleretur. Tempore ergo innocentiae  
fuisset terra ornata hominibus iustis non  
morientibus, vt patet per August. & hoc propter  
decorem vniuersi, & propter bonū Reip. quod  
ornamentum ex iustis non morientibus factum  
in statu innocentiae per generationem esset longe  
maius, quām ornamentum factum per gene-  
rationem ex peccatoribus.

Generatio  
post pecca-  
tum cur ne  
cessaria.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, quod  
Deus fecit sēminam in adiutorium viri ad gene-  
ratio nem, sed siue peccasset, siue non peccasset,  
fuisset ibi generatio. Potest tamen assignari alii-  
qua causa generationis, Adam peccante, quā nō  
fuisset Adam non peccante. Fuit necessaria gene-  
ratio propter duo: propter multiplicationem hu-  
mani generis, & propter perpetuationem eius. Sed  
stante hypothēsi, quod non peccasset, fuisset  
necessaria generatio, non propter humani gene-  
ris perpetuationem, sed propter ipsius multipli-  
cationem. Et ad hoc vident̄ ite verba Dam. quia  
Adam sub peccato, & sub corruptione cadente  
sunt superaddita causa necessitatis generationis.  
Sed dices, quod alio modo potuisset Deus mul-  
tiplicare genus humanum, quām per genera-  
tionem. Ad quod dici potest quod etiam in statu in-

A nocentiae, si alius modus fuisse possibilis, nullus  
tamen fuisse congruentior, & ex parte Dei na-  
turam hominis administrantis, & gubernantis,  
& ex parte naturæ rerum administratarum, & gu-  
bernatarum, quia sic August. dicit: Deus sic ad-  
ministrat res, vt eas proprios cursus agere sinat,  
sed hic est proprius cursus rerum, vt per genera-  
tionem se multiplicant.

Ad secundum dicendum, quod omne gene-  
ratile per naturam est corruptibile per naturam.  
Nam incorruptibilitas Adæ in statu innocentiae  
non erat per naturam sufficienter, & perfectè,  
sed erat per donum gratuitum, vt per originalē

Ad incor-  
ruptibilitas  
in statu in-  
nocentiae  
lis.

B iustitiam, licet illa originalis iustitia non daret ho-  
mini incorruptionem omnino perfectè, quia ad-  
huc erat perfectior incorruptione in statu gloriæ.  
Tamen illud donum dabat perfectionem incor-  
ruptionis, prout patiebatur ille status. Poterat  
enim Adam habere aliquam habilitatem ad in-  
corruptionem ex natura, sed perfectionem, &  
complementum ad incorruptionem habebat ex do-  
no gratuito, siue originali iustitia, prout patieba-  
tur ille status, vt supra diffusius dicebatur.

Ad tertium dicendum, quod licet alijs anima-  
libus sit data virtus generativa principaliter ad se  
perpetuandū. Homini aut, qui factus est ad restau-  
randam ruinam angelicam, & si etiam non fuisse  
illa ruina, quia factus est homo ad ornandam  
illam Ciuitatem Dei nobilissimam, quē secundū  
Aug. 12. de Ciui. Dei circa principium, fiet vna Tomo 5.  
ex Hominibus, & Angelis, quod esset ibi tanta  
multitudo Angelorum, & non essent ibi, nisi duo  
homines, nullo modo esset conueniens. & ideo,  
& si alijs animalibus non esset data generatio, ni-  
si ad se perpetuandum; Hominibus dati debuit,  
dato quod non moreretur ad se multiplicandū.

C Vel possumus dicere, quod etiam in animali-  
bus, irrationalibus non valentibus se perpe-  
tuare, nisi per generationem, licet principalior  
causa necessitatis generationis sit ad se perpe-  
tuandū, est etiā causa huiusmodi ad se multiplican-  
dū. quia cum sint facta propter ornamen-  
tum elementorum, quae melius ornantur per  
multa, quām per pauca, ideo causa, vel concausa  
necessitatis generationis in eis est multiplicatio.  
Vnde Aug. 9. super Gen. ait: Neq; enim tantum Tomo 3.  
depravati sunt homines, vt non pecoribus,

vel volatilibus antecellant, quorum omnium ge-  
neribus hanc infimam mundi partem fore de-  
coratam, quem non considerare delebet? Vult  
ergo Aug. q; ista infima pars, vt aer iste inferior,  
& terra decorata sit animalibus, & volatilibus,  
& q; hoc delectat hominem hoc considerantem,  
& ideo ait: quem considerare non delebet? quasi  
dicat, nullus est, qui non delebet hoc conside-  
rando. & quia pulchrius ornatur ista pars mundi  
inferior ex omnibus generibus pecorū, & volati-  
libus, quām vno genere tantum. Et quia etiam  
pulchrius ornatur ex multitudine in quolibet  
genere, quām ex paucitate: ideo rationabiliter te-  
nes, q; data fuit virtus generativa pecoribus, &  
volatilibus, & alijs irrationabilibus, non solū ad se

Aegid. super ij. Sent. N 2 per

Elicitivus ex 1. Phys. 50.

Multiplicatio verum magna unde necesse ria.

perpetuandum, sed etiam se multiplicandum. Quod si dicatur, quod frustra sit per plura, quod potest fieri per pauciora; Verum est, si fieret æquè bene, sed non æque bene ornatur terra per pauca pectora, sicut per multa, nec ipse aer per paucam voluntatem, sicut per multa, nec etiam est prætermittendum, quod ipsa multiplicatio non solum facit ad ornatum, vel ad decorum, sed etiam ad perpetuationem, quia in his, quæ generantur ex semine, si in aliqua specie sint valde paucæ; talia illa possent tolli, & possent deficere species. Ut ergo species non deficiat in his, quæ generantur ex semine, bonum est in qualibet specie fieri multiplicacionem magnam non solum propter ornatum, sed etiam propter perpetuitatem, ne deficiat species. Dicimus autem in his, quæ generantur ex semine, quia in aliis non potest deficere species, quæ generantur non ex semine: immo in tabulis, quæ non generantur ex semine, sed ex putrefactione, ut supra diximus per Philosophum, aliquando aliqua species sunt in se uisæ, quæ alias non sunt visæ.

<sup>Spes alia noua, quæ ex Arist.</sup> Ad quartum dicendum, quod multiplicatio potest variari duplíciter, vel quantum ad naturam multiplicatorum, vel quantum ad modum multiplicandi. Vel possumus aliter distinguere, si volumus, quod duplex est multiplicandi modus: naturalis, & supernaturalis. Cum ergo dicitur, quod eorum secundum speciem idem est motus multiplicandi; Verum est, si accipiatur modus multiplicandi, ut respicit naturam multiplicatorum, quia ex natura sua reponitur res in specie. sic quæ sunt eiusdem speciei, multiplicantur eodem modo, vel iverum est, si accipiatur modus multiplicandi naturalis, sed si accipiatur ex una parte modus multiplicandi naturalis, & ex alia supernaturalis, poterit ex eadem specie esse aliud, & aliud modus multiplicandi. Sic autem est in proposito, quod primo oportuit naturam institui per formationem primorum parentum: fīm quem modū Adam fuit formatus de terra, & Eva de costa, quorum formationes nō, nisi a Deo fieri potuerunt. Naturaliter à Deo instituta per supernaturalē formationē potuit postea ibi esse multiplicatio per naturalem propagationem, ut in his consideratis in argumento nulla sit difficultas.

## A R T I C. II.

*An filiorū multiplicatio in statu innocentiae fuisset per coitum.  
Conclusio est affirmativa.*

D.Th. 1. p.q. 98. art. 2. Et 2. sent. d. 20. q. 1. art. 2. D. Bon. d. 20. art. 1. q. 2. Alex. de Ales 2. p.q. 94. art. 1. Biel. d. 20. q. 1. art. 3. dub. 2. Capreolus. d. 20. q. 2.



Ecce quæritur: utrum fuisset in Paradiso multiplicatio filiorum per coitum. Et videtur, quod non, quia semper in coitu est aliqua corruptio, & est ibi emissio seminis, & maxime si debet inde

A generari proles, sed talia non videntur potuisse esse in primo statu: ergo &c.

Præterea nutritiva generativa, & augmentativa pertinere videntur ad eadē partem animę, ut ad vegetativam, quia & in plātis videmus omnia ista cum nutrientur & augmententur, & fructus, in quibus est semen, ex quo potest esse generatio plantarum. sed quæ pertinent ad animam vegetativam: non obediunt rationi, sed si generatio fuisset in primis parentibus, fuisset secundum dictamen rationis: ergo non per coitum.

Præterea, cum semen sit superfluum nutritiæ, & superfluitas non potest esse in primo statu: videntur, quod non fuisset ibi generatio per semen, vel per coitum.

B Præterea emissiones superfluitatum, ut eggiones, & vrinæ: non videntur, quod fuissent in primo statu propter inmunditiam, quam habent: ergo multo magis non fuisset ibi superfluitas seminis.

In CONTRARIUM est, quia in statu innocentiae fuit distinctio sexuum, iuxta illud Gen. 1. Mascalum, & feminam &c. Sed distinctio sexuum naturaliter ordinatur ad generationem per coitum: ergo &c.

Præterea secundum id, quod est commune, non attenditur distinctio, sed secundum id, quod est speciale. Sed cum hoc sit commune homini, & omnibus animalibus perfectis, generare per coitum: ergo in hoc non fuisset attendenda distinctio, sed, sicut alia animalia perfecta, si durasset ille status, generaliter per coitum, sic & homines.

## R E S O L V T I O.

C In statu innocentiae filiorum multiplicatio ex coitu fuisset. Idque à ratione, & auctoritate non est alienum.

RESPONDEO dicendum quod Aug. istam questionem pertractat. 14. de Ciui. Et dicit aliquos scripturas diuinæ derisionē habete ex eo, quod ex esu illius ligni cognoverunt se nudos, & verecundiati fecerunt sibi perizomata, per quæ tegerentur genitalia membra, quia non videntur esus aliquius ligni posse ad hoc aliquiliter ordinari. quod dicentes, licet secundum quid bene moueantur, simpliciter tamē mouentur male. Nam licet nulus esus ligni fīm se ordinet ad hoc, quod aliquis co-

D gnoscat se nudū, & ex hoc erubescat; tamen si consideretur ille esus, ut prohibitus, & primi parentes non obseruantes prohibitionē Dei peccauerunt, & peccādo senserunt pruritum carnis, & ex hoc tñ erubuerunt, quod non est inconveniens, sed cōsonū rōni. Nam sicut ostendendo nasum, vel os, vel aures non erubescimus, quia hoc est sine libidine, sic primi parentes ostendendo genitalia non erubescabant, quia nulla erat ibi libido.

Prætermisso ergo hoc modo dicendi, tanquam diffinio rationi, & veritati: innuit Aug. tres alios modos de generatione primorum parentum, ut unus modus sit illud: Crescite, & multiplicamini, quod uidetur pertinere ad benedictionem carnaliter, sic

Tomo 5. c.  
21.22.23.

Ligni esus  
quomodo  
verecundiā  
gignere po-  
tuerint.

sic intelligendo solum pro tempore post peccatum. Vnde Aug. contra sic loquentes ait, quod illa benedictio nuptiarum, ut coniungati crescent, & multiplicarentur, & replerent terram, quamvis & in delinquentibus manerit, tamen antequam delinquerent data est, ut cognosceret procreationem filiorum ad gloriam conubij, non ad peccatum pertinere peccati. Cum ergo hic primus modus stare non possit, quod benedictio nuptiarum solum intelligenda sit post peccatum, cum & ante peccatum sit data; ponit secundum modum, videlicet, quod haec benedictio: Crescite, & multiplicamini, an spiritualiter intelligenda sit ante peccatum, sed spiritualiter non carnaliter. Nam spiritualiter sicut multiplicatio ante peccatum, iuxta illud Psalmi: Multiplicabis anima mea virtutem, sic etiam ante peccatum sicut repletio terrae, quia cum anima replete corpus, & corpus Adae fuerit formatum de terra, sic etiam & corpus mulieris poterat dici, quod formatum sicut de costa, que sicut formata de terra. Cuius ergo utrumque corpus Adae, & Euae fuerit anima tum, & ex hoc repletum anima, & in utriusque anima fuissent multiplicatae virtutes, idest dona aliqua gratuita, vel gratis data, ergo in eis verificatum sicut, quod multiplicati sunt, & repleuerunt terram, quod si dicatur hoc pertinere ad donum nuptiarum; etiam & hoc pro sic dicentibus facere potest. Nam in uno, & eodem homine possumus salvare nuptias, & coniugium. Quia sicut coniugium carnale dicit duo in carne una, sic coniugium spirituale potest dicere duo in una mente, vel in una persona, prout Aug. 12. de Trin. narrat, ergo secundum dicta istorum tria sunt attendenda in primis parentibus spiritualiter: Multiplicatio secundum animam, vel secundum virtutes animae. Repletio terrae secundum corpus, in quantum anima primorum parentum replebat suum corpus. Tertium est coniugium quantum ad utrumque anima ergo in eis multiplicabatur per virtutes, corpus replebatur per animam. Vnum alteri, i.e. anima corpori, siue carni per coniugium copulabatur.

Et si uolumus loqui de repletione corporis per animam, & de copulatione per coniugium, calpis ad animam; possumus & in eodem corpore salvare multas repletiones, per animam, & in eadem persona humana salvare multa coniugia secundum carnem, & animam. dicimus enim quod anima replete corpus, prout ipsum perficit totum, & prout totum attingit, & prout ipsum totum continet. totum enim ipsum perficit, & ipsum totum replete. Nam sicut de aliquo perfecto secundum gratiam possumus dicere, quod est plenus gratia; sicut de corpore perfecto per animam possumus dicere, quod est plenum anima; ergo anima totum corpus potest dici replere, quia totum perficit.

Secundo potest dici anima totum corpus replete, quia totum attingit. Nam sicut de unum totum replete dolium, quando totum attingit; sic & magis dicitur anima totum replete corpus.

Filiorum pro  
creatio non  
est pena  
peccati.

Crescite, &  
multiplica-  
mini, an  
spirituali-  
ter intelli-  
gendum.  
Psal. 137.

Coincium  
spirituale  
quid.  
Tomo 3. c.  
3. &c. 4.

Ait, quo  
modis dica  
tur corpus  
replete.

A quia totum attingit. Nam magis attingit anima totum corpus, quam unum totum dolium. Quia ubi est lignum dolij, non est vinum, quia non possunt esse duo corpora in eodem loco, vinum, & lignum. Sed dicitur vinum attingere totum dolium, quia attingit totam conciaturam dolij, at anima attingit totum corpus absolute, & simpliciter, quia est simul cum toto corpore, & qualibet parte corporis.

Tertio anima dicitur replere totum corpus, quia continet totum corpus. Habent enim & ista corporalia aliquam similitudinem cum ipsis spiritualibus, ut sicut bladum dicitur continere sacram, quia non potest esse saccus rectus, vel perse stans, nisi repleatur blado: sic & anima dicitur continere suo modo corpus, quia non posset per se corpus stare sine anima. Nam anima rece-

B dente, corpus expirat, & marcescit. & sicut est in

Coincij. 6.  
multitudo  
homine.

homine repletio terrae, id est corporis per animam, sic est ibi quoddam coniugium ex anima, & carne, vel per carnem, & animam. Nam sicut in coniugio vir regit, & femina regitur; sic in homine quantum ad carnem & animam, & quantum ad multa alia, est ibi dare, quod regit, & quod regitur. Vnde Aug. in dicto li. de Ciui. Dei tractando Tomo 5.

hanc questionem multa regimina assignat in homine, quomo. lo caro regitur ab anima, quomodo sensualitas regitur a ratione, & multa similia, de quibus non sit nobis cura: sed iste secundus modus dicendi, quod crescere, & multiplicamini, debet sic spiritualiter intelligi, & non carnaliter, stare non potest, quia, ut idem Aug. ait, Littera possimus ibi assignare spiritualem intellectum de multiplicatione, & de aliis; tamen litteralis sensus est, quod ibi fuerunt duas personae: masculus, & femina: & quod per eorum copulam debet esse generatio. propter quod August. ibidem ait, & aperte de vinculo coniugali, quo uterque sexus sibi iniucem constringitur; interrogatus Dominus de uxore, & viro dixit: Non legitis, Marci 10. quia ab initio fecit Deus masculum, & feminam? & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhæredit uxori sua, & erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duas, sed una caro, ergo ab initio antequam peccarent homines ad litteram secundum dictum Domini erat hoc intelligendum carnaliter, quod si etiam non peccassent, fuissent duo una caro: ut sicut fuerunt ambo una caro origine, quia caro Euae, sicut de carne Adae, ita fuissent una caro coniunctione, per quam coniunctionem carnalem filios generarent.

D Quod concordat rationi, & auctoritati. Rationi quidem concordat, quia in omni productione per agentia creativa oportet esse simul agens, quod agat, & inducat formam: & materiam, quae patiatur, & quae perficiatur per illam formam. quod in generatione animalium generatorum ex semine est semen maris, inducens formam, & menstruum femelle, quod organizatur, & perficitur per illam formam. Licet hoc non sit eodem modo in homine, & in alijs, quia in alijs etiam

Adam, &  
Eua una ca-  
ro, etiam si  
non pecca-  
sent.

Hominis,  
& Brutorum  
generationes  
quid diffe-  
rent.